

Istoria d'un feto estratto felicemente intero dalle parti deretane / [Giovanni Domenico Santorini].

Contributors

Santorini, Giovanni Domenico, 1681-1737.

Publication/Creation

Venezia : G. Tommasini, 1727.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/c8gwabsq>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

46032/C/1

D I P
18

9-XXXX-4-

AGW
3/2/54

1927 XVI

J. xxx. e 18 5187
ISTORIA
D: UN FETO

Estratto felicemente intero
dalle parti deretane

SCRITTA

DA

GIOVANDOMENICO
SANTORINI

*Proto-Medico del Supremo MAGISTRATO di Sanità,
e Professore di Notomia in Venezia.*



IN VENEZIA,

Appresso GIACOMO TOMMASINI, MDCCXXVII.
CON LICENZA DE' SUPERIORI.

DUNFET STORIA

Esatto felicemente inteso
dalle parti dettate

SCRITTA

DA

GIOVANN DOMENICO SANTORINI

Professore di Medicina in Venezia
e Professore di Anatomia in Padova



IN VENEZIA

Appello GIACOMO TOMMASINI, Medico
CON LICENZA DE' SUPERIORI

D E

PARTU SOLIDO

Feliciter ex ano extracto

AD ILLUSTRISSIMUM, ORNATISSIMUMQUE VIRUM

D. CAROLUM FRANCISCUM
COGROSSIUM

In Patavino Lyceo Medicinæ Professore

JO: DOMINICUS SANTORINI.

Ubi primum casus hic mirificus intervenit, quem ad narrandum aggredior, atque eum rumores distulerunt; ita comparata est omnium hominum natura, ut partim animi ægritudine, partim nostræ facultatis, atque monumentorum imperitia, partim denique rei ipsius insolentia moti, aut aperte fictum, aut temere effutitum, aut incredibile, & portentum simile traducerent. Propterea quantum huic raritatis, & admirabilitatis inest, tantumdem fidei, atque diligentiae memoriam istuc prodituri adhibebimus. Alij tamen, quorum minus præceptum judicium erat, cum ex urbe, tum ex Italia, atque etiam extra utriusque fines, qualis ea cumque res esset, quæ efferebatur, a nobis enixe petebant; alij præterea rei veritate comperta, nostram de illius eventus ratione sententiam sciscitabantur. Ut itaque dispari hominum generi facerem quo ad possem satis, sic rem institui, ut si ve ex prima, si ve ex altera brevis hujusce historiæ parte, si ve ex Italo, Latinove fermone, pro cuiusque ingenio quisque exciperet. Te autem rogo Vir Eruditissime, cum pro iure veteris nostræ amicitie, ac pro suavissima gravioris discipline societate; tum pro singulari animi tui in me, meaque, humanitate, atque maxime pro acerrima ingenij tui acie, quæ & penitiora perspicis, & in edibus, &

in

Tosto che successe il caso mirabile, di cui prendo a ragionare, e se ne sparse il romore; tale e tanto diversa è l'inclinazione degli uomeni, che altri per mal talento, altri per la poca perizia dell'arte nostra, ed altri finalmente mossi dalla stravaganza del successo, o lo spacciavano come del tutto finto, o come travestito, oppure incredibile e prodigioso. Per tanto v'adoprerò nella di lui sposizione altrettanto di fedeltà e diligenza, quanto ha egli di rarità e di meraviglia. Alcuni però d'un più posato giudizio sì nella Città, che nell'Italia, e fuori, qual ella si fosse la cosa, di cui favellavasi, ci ricercavano; ed alcuni altri, cui già ella era nota, bramavano di saper da noi, come quella intender e spiegar si dovesse. Per sodisfar dunque al possibile a questa diversa sorta di genj, stabilij di far in modo, che potesse ogn'uno agevolmente o dalla prima, o dalla seconda parte di questa brieve Istoria, o dalla latina, oppur dalla materna lingua prender il suo bisogno. Non sapendo però, se nelle mie conghietture mi sia scostato dal vero, Voi Eruditissimo Sig. io priego, che dirmelo benignamente vogliate: sì per la nostra antica amicizia, e per la dolce compagnia de' nostri più gravi studj; come pure per quella singolar vostra gentilezza, con cui e me, e le cose mie riguardate; ma molto più per il vostro penetrantissimo in-

A 2

gegno,

in exedra & facile, & eleganter ingenuam Juventutem edoces, cujus pars nonnulla ab tuis Institutionibus ad nostrum Medicum atque Anatomicum Usum tracta, honorificentissimum mihi de te in publicum commodum, testimonium dixit, ut num a ratione, atque adeo a veritate, nostra absit sententia, quod vel ex conquisitis Medicæ historiæ monumentis, vel ex tuorum fortasse Præclarissimorum Sociorum observationibus in isto felicissimo, atque celeberrimo scientiarum Domicilio, multo certius animadvertere poteris, videas benigne, & referas.

Honesto itaque loco nata Materfamilias ipsos triginta annos agens, duorum jam filiorum parens, integra valetudine, moribus temperatis, habitu mediocri, cum forte Octobris mense Adriæ esset, anno 1724. aliquot dierum partu eliso, proximo tum Novembris mense se concepisse cognovit. Principio hujusce graviditatis intra mensem circiter urina laboravit, ut recta vix quicquam, eam facile resupinata redderet. Hoc levata morbo Majum usque processerat, quin multo incommodius, præ ceteris graviditatibus afficeretur, præter nonnullam ad Martium præcipue febrim vomitumque, cui per hæc tempora plurimum obnoxia fuerat, assiduumque fere dolorem imi dorsi partibus hærentem, cujus causa eam vel deambulatio, quam non laboriosa, præter consuetudinem ad languorem dabat. Venter præterea pro ratione temporis paulo major ac rotundior, ut geminos concepisse & ipsa, & maritus opinarentur. Partus autem tanta vis tantaque erat agitatio, ut etiam per vestes posset illius motus conspici, quo lumborum & dorsi dolor identidem lacerans oriebatur.

X. Kal. Junii An. 1725. multa nocte vehementibus subito imi ventris doloribus, crebrisque conatibus ita conflictatur diem usque urgentibus, quasi jam jam esset paritura: Dolorum autem sedes, quantum assequi poterat, præcipuè sita ad lumborum vertebrae videbatur. Acerrimus noctis labor sub lucem paulum

gegno, con cui ed arrivate al fondo delle cose, e queste con pari nobiltà, e chiarezza all' Illustrre Gioventù di cotesto studio, ed in pubblico, ed in privato spiegate, di cui una qualche parte portata si poscia ad apprendere sotto la mia disciplina e l'osservazioni di Notomia, e la pratica di Medicina, mi fece amplissima testimonianza dell'impegno, che voi per il pubblico loro vantaggio mostrate. Potendo voi forse con un numero molto maggiore d'osservazioni o tratte dalla Medica Istoria, o da Vostri Illustrissimi Colleghi di cotesto vostro felicissimo e rinomatissimo Soggiorno delle scienze, meglio di me assicurarvene.

Una Signora dunq; di gentil lignaggio, che avea per appunto compiuti trent'anni, madre di due figliuoli, di buona sanitate, di modesti costumi, e d'una mediocre costituzione di corpo, nel mese d'Ottob. dell'anno 1724. essendo per avventura in Adria, sconciata di pochi giorni, s'accorse nel mese susseguente di Novembre d'esser di bel nuovo incinta. Fù Ella immantenente colta da mal d'orina, che ritta in piè non poteva, ma soltanto risupina mandar fuori, e durolle questo un mese intero. Libera da cot'al malattia s'avvanzò sino al Maggio, senza che più dell'altre gravidèzze ne fosse gravemente incomodata, che però oltre una qualche febbre, che incominciò nel mese di Marzo, ed il vomito pure, cui era per lo più nelle gravidèzze delle femmine soggetta, provava un dolore quasi continuo fisso acerbamente al fin del dosso, per cui in camminando, fuori del suo costume, istancavasi di leggieri. Il ventre poi parevale alquanto più ritondo, e rigonfiato di quel che potesse convenire; sicchè e la donna, ed il marito d'un doppio parto ne dubitavano. Tanta era poi la violenza con cui agitavasi nel ventre il feto, che anche sopra le vesti scorgevansi i movimenti, il che cagionava alla madre un dolore nel dosso, e ne' lombi, che di quando in quando assalivala.

A ventitre di Maggio dell'anno 1725. avanzata si la notte, fù sorpresa da tal gagliardia di dolori, e sforzamenti nel basso ventre, che allungati sino al giorno, te-
mea

hum mollitus, eo usque lenior traxerat, ut crebris vellitationibus, ac vehementioribus subinde cruciatibus vexata, ad Idus quintilis processerit. Proxime tamen a gravioribus Maij laboribus vehemens ceteroquin inclusi fœtus agitatio, quæ visu facile percipiebatur, destitit omnino, neque imposterum unquam subsequuta. Accesseratque continuo alvus ita astricta, ut difficilime & crebris lotionibus molli-retur, & exiguum egre mollita redderet. Inter Majum Juliumque tanta identidem erat cruciatuum vis, atque magnitudo, ut interdum sub iisdem, non modo singulis artubus distenta, sed universo pene corpore vehementius per horæ circiter quadrantem agitata, epilepticæ similis videretur. Interim nihil quicquam aut humoris, aut alterius naturæ ex naturalibus unquam effluerat; assidue fere in lectulo jacens, & febribus & vomitibus sollicitabatur.

Ad Idus porro Julii vehentissimis iterum, quantos antea neque Majo Junioque, neque præteritis partibus unquam subjerat, laboribus corripitur: adeoque quasi jam prope partus instaret, obstetricem arcessiri jubet. Illa accurrit, explorat, pendet animi, productisque diu tumultumque cruciametis, obstetrix altera senior, & Medici in consultationem adhibentur. Res quantum obscura, tantumdem periculi plena omnibus visa est; nulla aut ex ventris forma, aut ex humoris fluxu, qui antevertere partum solet, aut proximæ, seu certe futuræ sanitatis nota apparet. Quantum tamen intelligi ex uteri forma, & magnitudine poterat, obliquus sic videbatur obstetricibus partus positus, ut longa duorum fere mensium, atque laboriosa valetudine, abdominis partibus oppido extenuatis, pars in medium ventrem, pars autem major in sinistrum Ileum conjecta esse non obscure perciperetur. Nunc primum ex utero quidpiam cruentum manare visum est, quantum vix consuetum mensium fluxum æquaret; tum tenuius subsequutum, ac novissime pallidus quidam humor fœdi paulum odoris ad Septembrim usque destillabat.

mea a d ogni momento disconciatura, e parevale, che tai dolori avessero il loro posto alle vertebre de lombi: s' acquetò sul far del giorno il gran travaglio della notte, e fra bonaccia e burasca, giunse alla metà di Luglio. Incontanente però dopo i gravi dolori del Maggio cessò interamente qualunque movimento del feto, che ancor al di fuori compariva, che poscia ne si sentì, ne si vidde; ed allora fù che il ventre si fè così restio, che con replicati cristei appena cosa alcuna scaricar si poteva. Era in oltre fra il Maggio e il Luglio tratto tratto da sì forti e violenti dolori sorpresa, che ora in una sol parte, ed ora in tutto il corpo per un quarto d'ora agitata, e dibattuta, sembrava più che no, dal malcaduco. Niente in quel fra tempo vidde si uscir dall' utero, giacente allora quasi del continuo in letto la Signora tormentata, e da febbre, e da vomito.

Alla metà de di Luglio la colsero di bel nuovo dolori così crudeli, cui non ne avea giammai sentiti simili, ne nel Maggio, ne nel Giugno, neppur anche ne parti antecedenti; Per tanto credendosi questi i segni del vicin parto, si fe chiamar la Levatrice: accorsa questa immantenente, e dopo una diligente esamina sospesa, vedendo allungarsi troppo il travaglio, con altra compagna più vecchia e con i Medici pure consigliò la bisogna. Quanto oscura, altrettanto piena di pericolo parve ad ogn' uno la cosa, non iscorgendosi, dalla figura del ventre, o dall' uscita d' alcun umore solito precorrere il parto, qualunque benchè legger indicio, o d' una vicina, oppur d' una sicura sanitate. Per quanto però potea conoscersi dalla figura, o dalla grandezza del ventre, sembrava alle Levatrici, che così obliquamente il feto situato fosse; essendo per i lungbi disagi di ben quasi due mesi assottigliate sì molto le parti, ch' erano al ventre stesso d' intorno; che pareva l' una parte fosse in mezzo il ventre, e l' altra poi obliquamente piegata al fianco sinistro. In questo tempo solamente stollò dall' utero un umore sanguigno e scarso, quanto appena uguagliasse il corso degli ordinarij; poi più sottile ed in fine biancastro,

labat. Tum præterea ubera multo lacte redundantia, quod Augusto cessatum est, sæpe multumque fundebant. Per hæc maxime tempora vigiliis, ciborum fastidio, assiduo capitis dolore, febribus, alvi duritie conflictata, ut languore & macie pene conficeretur. Atque tum aliquanto apertius præ majori tegumento- rum, musculorumque abdominis extenuatione, subjectum sinistro præcipue Ileo corpusculum percipiebatur: non sic tamen, ut in diversas non iverint sententias; partim Molam inesse, partim scirrhum, partimque humanum foetum existimantes.

Septembri procedente plerisque ex memoratis laboribus fractis, præter alvi segnitiam, ac febrim, quæ mitius quidem, sed assidue vexabat; viribusque propterea paulum relictis, surgere paulisper mulier animata cæpit. Ventris ibidem dolor in dies mitior fiebat, tandemque nullus; nisi si vehementer, qua contractior multo tumor erat, pars apprimeretur. Ventre post Majum paululum, post Julium aliquantum, Novembri autem plurimum subsidente. Febris autem omnis Decembri excessisse visa est, alvo etiam tum contracta manente.

Ad VI. I. autem Idus Januarii anni 1726. menses primum provenire, qui certis suisque temporibus ordinatim ad Julium deinceps processerant. Mulieris valetudo per hæc tempora plane confirmabatur, ut præter unum ventris tumorem, vel ipsam ceterorum laborum memoriam deleverit. Ab hisce diebus; vix enim annus intercesserat a vehementissimis cruciatibus; iterum se concepisse intellexit, atque deinceps, si quicquam mali, quod una erat alvi segnities, manserat, omne omnino sublatum est, præter unum sæpius memoratum tumorem; adeo se in hac graviditate belle habebat, ut ne vomitu quidem, quo ceteris vexari consueverat, unquam laboraret. Ubi primum novo conceptu venter intumuit, tum alvus, quod mirum, promptius solvebatur; dilato identidem in noctem dumtaxat dolore quopiam, quo tanquam asserere, ut mulieris

stro, e di non buonodore, che continuò infino al Settembre: ed allora appunto s'empierono di latte le poppe, che sino ad una qualche parte d'Agosto grondavano in abbondanza. S'aveano pur a quel tempo ammassati e dolori di capo, e nausea, e febbri, e lunghe veglie, e durezza di ventre, da cui sparuta e languente pareva, che poco più potesse reggersi. Ed allora più che mai per la sottigliezza e de' muscoli e delle coperte dell'addomine, scorgevasi quel corpicciolo ripiegato più verso il fianco sinistro; non vi mancando però chi fosse d'un sentimento, e chi d'un altro, credendolo chi un Feto, chi una Mola, e chi un scirro.

Prolungati coll' avvanzarsi del Settembre divenivano più lievi i travagli di questa Signora, a riserva della stitichezza, e della febbre, che tormentava la tutt'ora, benchè più mite; prese perciò un poco di forze, e fattosi coraggio, cominciò a forger dal letto. Anche il dolore del ventre di giorno in giorno scemando, cessò finalmente del tutto, s'egli non era, dove più s'inalzava, troppo forte premuto: abbassatosi il ventre alcun poco dopo il Maggio, alquanto più dopo il Luglio, e maggiormente poi nel Novembre. Parve altresì cessata affatto la febbre; non cessando però neppur allora l'ostinazione del corpo.

Nel nascere dell'anno 1726. a' sette di Genajo le si fecero rividere i suoi lunari tributi, che poscia regolarmente continuarono in fino al Luglio: ed erasi fra tanto andata così bene stabilindo in salute, che a riserva del tumore sempre ostinato, non ricordavasi più d'aver per l'addietro sofferta alcuna incomodità; sicchè in quel tempo, in cui appunto era passato un'anno dopo gli atrocissimi sofferti spasimi, s'accorse d'esser di nuovo gravida: e se alcuno v'era rimasto piccol segno del mal passato; che sola erane la stitichezza; tutto svanì; fissa però sempre mai l'antica enfiggione; non essendo neppur dal vomito molestata, travaglio nelle passate gravidanze patito. Da che dunque per una tal cagione incominciò di nuovo ad alzarsi il ventre, ciò ch'è certamente mar-
ravi-

lieris verbis utar, inter sacrum, & pe-
ctinis ossa vehementer coniecto torque-
batur, ut exanimatae simili parumper
consistendum esset.

Pridie Idus Januarii 1727. hora fe-
re quintadecima, aut non multo fe-
cus nihil mali suspicans, adeo secunda
fruebatur valetudine; lentis, levibusque
primum doloribus sollicitata, ex natu-
ralibus humoris plurimum repente pro-
fluxisse sentit; tum iisdem paulo gra-
vioribus circa uterum, acerrimis autem
ad naturalium ora lacescita, postridie
illius diei septemimestrem partum ma-
sculum edidit, mortuum quidem, sed
recentem, justaeque magnitudinis, qua-
lis solet in huiusmodi ætate animadver-
ti. Tertio post partum die febris accen-
sit, atque una capitis dolor, & lactis
proventus, lochiis non ultra dies octo
modice manantibus. Tumor sese ite-
rum in conspectum dedit, neque pre-
mentem manum sine multo cruciatu
ferre poterat. Interim febre, & capitis
dolore manentibus, exacto circiter à
partu mense Portum Navonium Seraval-
lio proficiscitur, atque inde paucis post
diebus rhæda, cujus equo corruente,
paulum concutitur, ad oras Venetiarum
commeat.

Ut Venetias pervenit iv. Nonas Mar-
tias febris, & dolor capitis increve-
runt, adjectaque præterea sunt cibo-
rum fastidium, vomitus, & alvi flu-
xus cum infixo ex interiore parte os-
sis sacri dolore, qui inter deiciendum
magnopere exaugebatur. Vomitus ina-
nis erat, cum crebro, vehementique
conatu: ex alvo autem materia te-
nuis cinerea, foedique odoris deicieba-
tur, interdum etiam sine voluntate.
Si quando tamen, tum maximè cum
deiciebatur, acerrimus ventris dolor
erat, quo potissimum partes ad os sa-
crum quasi terebrari videbantur. Ad Ka-
len. Aprilis sedato vomitu, lenitoque
capitis dolore, ac fractis, ut perhibe-
batur febribus, alvi tamen fluxu præ-
ter cetera manente, non temere muta-
to consilio Cl. Francisci Romani pru-
dentis

raviglioso, sempre più facile riuscivale
lo scarico delle fecce: restandovi un so-
lo dolore, che nella notte tratto tratto
travagliavala, parendole d'aver fitto
tra l'osse sacro ed il pettignone quasi
un pezzo di tavola, per cui vicina ad is-
venire dovea starsene alquanto immo-
bile.

A dodeci poi di Gennajo del nuovo
anno 1727, tempo in cui godeasi buona
salute, fuori d'ogni sospetto venne alle
quindici ore prima da lenti e piccioli do-
lori assalita, cui successe dall' utero
un quanto improvviso, altrettanto grande
scarico d'acqua; accresciutisi poi di ma-
no in mano, sopra ogni altro luogo feri-
vano più acerbamente le parti basse: il
giorno dietro alle ore nove diede alla lu-
ce un morto figliuolo, cui nulla manca-
va o di parti, o di grandezza per il
tempo de' vicini sette mesi. Non passaro-
no che tre soli giorni a venir di bel nuo-
vo assalita e dalla febbre, e dal dolor
di capo con il corso bensì del latte, che
poco durò, come più d'otto giorni non
durarono anche scarseggianti i locchi. Fe-
cesti di nuovo vedere l'antico tumore del
ventre, che mal potea comportare la
mano che lo premesse. Partissi in questo
tempo, passato quasi un mese del suo
puerperio, da Saravalle giunta a Porde-
none, per alcuni pochi giorni trattenen-
dosi, indi s'incamminò in un cocchio ver-
so Venezia, il di cui cavallo in caden-
do la scuote e l'agita.

Giunta poi a Venezia nel dì quattro
di Marzo se le accrebbero e la febbre, e
il dolore di capo e vi si aggiunsero all'
antica nausea il vomito, una scorrenza,
e di più un dolor fisso all'osse sacro, che
ne' sforzamenti del corpo vie più s'ac-
cresceva. Il vomito era senza alcun ef-
fetto con gagliardi e frequenti sforzi;
ed uscivano con la scorrenza materie sot-
tili cenerizie, e di mal odore, ed al-
cuna volta senza avvedersene. Se in al-
cun tempo, allora più che mai se le fa-
ceva al sommo crudele il dolor del ven-
tre, quando abbisognava far alcun sca-
rico, in cui sembravale, che se le fo-
rassero

dentis Clinici operam periclitari placuit, qui inquisita diligenter diuturni, atque perobscuri morbi natura solertem Chirurpum adhiberi iussit, cujus manu quæ penitus condebantur quantum liceret aperirentur.

Muliebribus itaque ab experto felicique Chirurgo D. Nicolao Patunà curiosè exploratis partibus, nullum compertum vitium fuit, neque earum penetralibus tumorem ullum insidere cognovit. Ergo demisso in anum digito, in scindentem aciem incurrit; primum quid ea res sit, ignorat, atque adeo quæritat; iterum periclitatur, eandemque rerum faciem comperit: vulsella apprehensum vehementi cum dolore deducit: rem proprius admotam duram, latam, lævem, acutaque acie advertit, quam quantum licuit tortam, ac rotundatam paulatim eodem ferramento evulsit.

Quod ubi jam diu conclusi partus os bregmatis esse conspexit, & rei novitate, & secundis auspicijs triumphans, molitusque majora eodem magisterio quæsitæ atque repertæ cetera calvariæ ossa, quam lenissime datum fuit, detraxit. Cum tamen longum adhuc & salebrosus restaret iter, multoque maxima, scilicet corpusculi pars deducenda, quod summus virium languor maxime prohibere videbatur, placuit illorum hominum virtuti atque prudentiæ nostrum qualecumque sibi adiungere consilium. Re itaque omni explorata atque comperta, summa videlicet virium imbecillitate, acuta febris, humili arteria, anima subinde deficiente, corpore pene macie confecto, tumore renitente in hypogastrio in sinistrum inque inclinato, qui vel levissime contrectantem manum ferre minime poterat: collaudata, ut æquum erat, prudenti alterius sententia, solerti alterius opera, dilato in commodius tempus periculo, cunctanter in arduis, lenteque festinandum consului: ne inter molientium manus magno sane dedecore missella deficeret, & quæ servari non posset, occidisse videremur.

Oppor-

rassero le parti all'intorno dell'osse sacro. Nel principio poi d'Aprile parve che s'acquistassero assieme con il vomito il dolore di capo e la febbre; ma restandovi tuttavia pertinace il flusso della sorta stessa, piacque di por in opra, sperandone miglior successo, la prudenza del Chiariss. Signor Dottor Francesco Romani, che esaminata diligentemente la natura d'un male ugualmente lungo che stravagante, volle valersi del mezzo d'un Saggio Cerusico, per cui si venisse in chiaro dalle cose più occulte.

Fatta perciò dal Signor Nicolò Patunà Cerusico ugualmente pratico, che fortunato una diligente esamina delle parti della femmina, non potè rinvenire in quelle la radice del tumore, ne tampoco alcun altro difetto; postovi perciò nel forame un dito, s'incontrò di botto in un corpo tagliente, da cui offendevasi la mano. A prima giunta non sapendo cosa quegli si fosse; pensa, esamina, ricerca, & di bel nuovo ritentando, la cosa stessa ritrova: preso per tanto con la molletta con grave dolor l'accosta al forame; indi scopre esser ciò un corpo duro, largo, liscio, tagliente, che con lo stesso strumento avvolto quanto egli puote e accartocciato con molta destrezza finalmente l'estrasse.

Non sì tosto riconosciuto per un osse del cranio dell'antico feto non mai uscito alla luce, animato e dalla novità della cosa e dalla felicità dell'augurio, s'accinge ad estrarne il rimanente: ed infatti ne cavò con molto minor incomodo il restante delle ossa superiori del cranio. Veggendo però che vi restava molto di cammino, ed altresì il più difficile, dovendosi cavar tutto il resto di quel corpo, che colà era rinchiuso; il che pareva che non potessero permettere le forze della signora sommamente abbattute: volle la prudenza di que' dotti Signori valersi del mio qualunque consiglio. Esaminata per tanto e riconosciuta, come ricercava l'importanza e la gravità della cosa, la debolezza delle forze, la fiacchezza del polso, la gagliardia della febbre,

Opportuna itaque paucorum dierum quiete, qua quid sperandum, quidve metuendum esset, certius periculum factum est, atque efficacibus remediis invalescentibus paulum viribus, strenue fuit mane xii. Kal. Majas aut consolando, aut consilio, aut re, pro sua quisque portione, juvantibus, præsenti animo marito, spectante Medico, nitente Chirurgo, perita validaque manu vehementer sed apte, ferramento in spatulae modum composito ano diducto, idoneoque altero apprehensis cranij ossibus, ac præcipue per validam productamque duræ matris portionem tentata primum evulsio; tum ceteris mirantibus, relatoque Patunà valide conante, muliere quantum cruciata, tantumdem forti animo invictoque ferente, solidi partus corporis quam brevissimo temporis spatium, sine ullo sanguinis fluxu, atque adeo partium laceratione felicissime fuit absoluta. Refecta protinus muliere, aptisque adhibitis laboranti parti præliis, contemplationi, atque admirationi locus datus fuit.

Fœtus itaque fœmella erat fœdi maxime odoris, ex priore corporis parte fere integra, ex posteriore aliquantum corrupta; discretum ab ceteris partibus erat latum occiput, cujus cavum duris fœcibus plenum paulo post dubitanti monstravimus. Fœtus omnis longitudo ab ima fronte; calvaria etenim deerat; tredecim omnino erat unciarum Veneti pedis; major autem, scapularum nempe, prope quatuor. Ex sinistra parte latum os temporum deerat, postica ima duo occipitis ossa in sua sede erant, superiore ac latiore prius evulso. Plurima cranii interior basis dura matre obducta, quæ ex osse Ethmoide in sinum falciformem conformata in longioris funiculi modum undique soluta proferebatur, quæ in evulsione apprehendi & deduci commode potuit. Spinæ omnis officula, quæ in fœtibus bina sunt, ab occipitio ad os usque sacrum & Ilium nudata erant. Utriusque Omoplatæ posterior facies adjunctaque

bre, la frequenza de' svanimenti, la macilenza del corpo, il tumore basso del ventre inclinante all'anguinaglia sinistra, che non potea comportare neppur leggier tocco di mano; lodata la prudenza dell' uno, e la perizia dell' altro, fui di parere, che differitasi la cosa ad un tempo più opportuno, s' andasse piano a man passi; perche mancando per avventura con obbrobrio dell' Arte nelle nostre mani, non si dicesse, perita a colei per altrui colpa, cui avea tolta di vita la sua disgrazia.

Con la quiete dunque di pochi giorni, da cui viepiù s' accertassimo o del timore, o della speranza, e con l' ajuto de' più acconci rimedj, ristorate quanto fu possibile le forze; la mattina del giorno ventesimo d' Aprile fu con bravura, impegnato ogn' uno ad aiutarla col conforto, col consiglio, con l' opera, assistente con coraggio il marito, con la presenza il Medico, con l' impegno di tutto se stesso il Cerusico; allargato gagliardamente il forame con stromento fatto a guisa di spatola, e prese con altro l' ossa del cranio, e particolarmente un pezzo allungato di dura madre, tentata per la prima volta senza riuscita l' operazione; poscia con stupore degli altri, con invincibile costanza della tormentata Signora, con gli ultimi sforzi del valente Patunà, in brev' ora, senza alcun spargimento di sangue, senza veruna lacerazione della parte, fu felicemente intero intero estratto il corpicciolo del feto. Ristorata incontanente la femmina, ed applicati alla parte i più acconci rimedj, volle poi giustamente e la curiosità e la meraviglia il suo luogo.

Rilevammo per tanto essere questo il cadavero d' una bambina, che avea un gravissimo fetore; nella parte dinanzi quasi del tutto incorrotta, guasta alquanto in quella di dietro. Era dall' altre parti separato il largo osse della nuca, che pieno di dure fecce, poco dopo lo fei vedere a chi d' un tal avvenimento non era interamente senza dubbio. Tutta la lunghezza del feto, dalle ciglia in giù, mancandole l' ossa superiori del cranio, era di tredici oncie del nostro

que claviculæ extremitas, ex utroque præterea latere nonnullæ costarum partes detegebantur itemque ossium ad cubitum extremitas, dextera manu plerisque ossiculis carente, sinistra nullis. Prior omnis corporis facies præter summum nasum, cujus propria ossicula suis sedibus dimota in penitiores nares recesserant, suis constabat inviolatis integumentis. Fufis oculorum humoribus supererant palpebræ & membranæ. Ex pedum plantis dextera exesa dumtaxat, sinistræ plurimis disiectis ossiculis, digitorum tamen forma cum tegumentis manente. Venter plurimum defederat costarum extremis eminentibus. Umbilici longitudo ad uncias quatuor; muliebria prorsus integra. Ex animadverso foetus positus, & sede, corruptaque corpusculi facie deprehenditur, partes eas omnes recto intestino adjunctas majori fuisse corruptioni obnoxias, utero autem, ejusque appendicibus innixas, labis illius expertes omnino fuisse.

Post hæc omnis fere ventris tumor subsedit, febris tamen acuta mansit, fitis ardens, virium languor, ciborum fastidium, levique omni corporis motu animi deliquium, tum frequens atque molesta tussis, liquidæ sine voluntate dejectiones, subluteæ neque multum fœdi odoris, quas postmodum illius diei grandis, quantum puellæ caput, concreti stercoreis massa non sine vehementi conatu excepit, a qua nullus postea dolor, nullus prorsus tumor, qui quidem supra sinistrum inguen erat, percipiebatur. Idoneis intestino pro temporum ratione crebris, variisque lotionibus prospiciebatur, quarum sane opera, sed multo magis naturæ beneficio factum est, ut in dies dejectiones, & melioris paulo notæ, & non sine voluntate, spatio quodam interjecto, redderentur.

Interim necopinata V. Kalendas Majas uteri placenta extenuata quidem, sed innumeris tenuissimorum vasorum discretis propaginibus longa quasi artismaceratione diremptis ornata, cum inne-

xa

pie; e la maggior larghezza delle spalle giungeva ben da vicino alle quattro. Mancava nella parte sinistra l'osse largo e ritondo della tempia; sendovi ancora nel loro posto le due basse parti dell'osse della nuca, trattane già la superiore. La maggior parte del cranio era al di dentro coperta dalla dura madre, la quale dall'osse, che Etmoide si noma, a foggia di falce si piega e si prolunga, sciolta era d'ogni intorno, quasi una funicella, che fu il mezzo più adatto e più facile per l'estrazione. Tutte l'ossa della spina, che ne' feti in due sono divise, erano dalla nuca sino all'osse sacro e degl'Ilei affatto spolpate. La parte di dietro del largo osse della spalla, l'estremità vicine delle clavicole, e l'un e l'altro lato d'alcune costole erano scoperte: come pure le parti estreme dell'ossa al gomito, mancandole alcuni ossetti alla mano destra, niuno alla sinistra. Era interamente vestita tutta la parte dinanzi del corpo dalle sue coperte, non punto guaste; a riserva della radice del naso, le cui ossa staccatesi, s'erano sprofondate nelle nari. Degli occhi poi non vi restarono, che le tonache, e le palpebre. De' piedi il destro era solamente corroso nella pianta; mancavano al sinistro molt'ossa delle dita, che però ancora mantennero la loro figura. Abbassatosi grandemente l'addomine, comparivano più all'infuori l'estremità delle costole. Lungo in circa quattr'oncie eravi rimasto di cordone attaccato al bellico, intatte interamente le parti, che distinguono il sesso. Dalluogo, dalla situazione, e dalle parti guaste di questa bambina si raccoglie, essersi quelle corrotte, che s'appoggiarono al retto intestino; conservate all'incontro quelle, che guardavano le parti dell'utero.

Cessò quasi del tutto dopo l'estrazione del feto il tumor del ventre: vi si mantenne però la febbre acuta, la sete ardente, il languore, la nausea, e ad ogni più leggier movimento i svenimenti. Vi successe poi una tosse quanto frequente, altrettanto molesta, la scorrezza delle fec-

ce

xa umbilici portione una cum foecibus deicitur. Tussi interea crebra atque molestia diu nocturnae exagitabatur, quae crassa foedaque saepe escreabantur. Per eos dies ad haec mala laeva faciei parti accessit etiam erisipelas, ut ne quid gravitatis, & periculi tanto morbo, tantaeque animi fortitudini deesset. Nihilominus tamen minus cunctando potius, atque lenissime prospiciendo, fracto jam paululum morbo, fore ut sanitas restitueretur non temere sperabatur. Re autem vera & febris mitior, & tussis lenior, & somnus, & cibi nonnulla cupiditas, & commodiores dejectiones non falsa quidem spe nos lactabant. Rellevato post haec animo, vires etiam adjectas sensit, earumque surgendo periclitandarum cupiditatem. Res omnis belle cessit: dejectiones fiunt multo rariores, nullus recti intestini labor, nulla febris, tussis fere nulla. Ante quadraginta dies alui foeces duriores fiunt, vires confirmantur, surgit quotidie, tandemque incolumis mariti necessario proficiscentis comes Opitergium adducitur; unde nupera notitia cognovi, unam omnino levem genuum imbecillitatem superesse.

ce sciolte senza senso, un poco giallette, e di non così grave odore, cui il giorno dietro seguì lo scarico d'una massa ben grande quanto il capo della già uscita bambina, di sterco indurato, e cacciato con gravi sforzi; dileguatosi allora interamente ciò, che di tumore ancor vi restava sotto la sinistra anguinaglia. Vari per ragione del tempo, e spesso per il bisogno erano i cristei, che s'applicavano all'intestino, da cui certamente, ma molto più dalla sua buona costituzione, provavano la Signora di giorno in giorno i vantaggi, facendosi migliori le fecce, che poteva per alcun spazio trattenere.

A venti sette poi d'Aprile senza che alcuno se l'aspettasse, uscì assieme con le fecce la placenta, sparuta sì, ma quasi con arte divisa in molti, e molti vassellini, che la compongono, con un pezzo attaccato ancora di bellico, o sia cordone. Continuava niente dimeno giorno e notte la frequente molestia della tosse, con cui spurgava una materia densa e di cattiva apparenza. E perchè nulla vi mancasse ed alla gravità del male ed alla costanza della Signora, comparve nella sinistra guancia in que' giorni una risipola. Nulladimeno però più con l'indugio e con la soavità, che con altri rimedi pareva, che si fiaccasse la forza del male, onde sperar si potesse di vederlo una volta interamente estinto. In fatti la febbre più lieve, la tosse più mite, il sonno, l'appetenza, e lo scarico più agguistato del ventre ci facevano sperar di molto. Preso da ciò coraggio, anche le forze sembravano rinvenirsi; onde ne fe' col sorger dal letto l'esperimento. Successe felicemente la cosa. Le fecce calavan più di rado, cedè il dolor dell'intestino, la febbre, ed ancora la tosse. Non eran ancora giunti quaranta giorni, che si indurarono le fecce, si rinvisiron le forze: si sorgea dal letto ogni giorno, ed alla fine non volendo dal marito scostarsi, che partir necessariamente dovea; partì anch'ella con esso lui in verso Uderzo; d'onde con gli ultimi freschi avvisi intesi, esser lei così rimessa, cui nulla vi restava fuor che una qualche debolezza negli occhi.

R I F L E S S I O N I .

I. **S**I vel una novitas nos præter magnitudinem rerum ad exquirendas causas debet excitare, quanto vehementius utriusque societas & novitate præclara, & magnitudine præstabilis. Enimvero id cujus modo & fideliter, & diligenter, quoad ejus facere potui, narrationem confeci, tantum qua novitate, qua magnitudine, meo quidem judicio, esse videtur, ut, quæque afferri solent hujusmodi monumenta, si recte cum hoc nostro conferantur, multo antecellat. Earum autem rerum, quibus nostra constitit narratio, partim ipse vidi, partim postremis temporibus de muliere quæsitæ, à marito confirmatas, ne in rei veritate aut fallerem, aut fallerer, coram descripsi; partimque nuperrime, ut subortam dirimerem controversiam, per Mariti epistolas certior factus sum. Ut itaque earumdem rerum pressò atque dilucido sermone, ut animum induxi meum, aliquid subijciam, omnem hanc orationem ad tria omnino capita commodè contrahere posse videor. Ubi videlicet partus hic adoleverit; quo eruperit; quaque exceßerit: de iisdem singillatim agam, sententiamque meam declarabo. Consulto equidem haud dixeram, ubi primum partus hic fuerit conceptus: Omnium quippe gravissimorum Anatomicorum consensu post tot repetitas observationes, tantamque rerum lucem, nullus omnino videtur esse dubitandi locus, quin plane intra ovariorum claustra animantium conceptus absolvatur; ubi a semine virili ad ovum lutei corporis complexu fortum atque maturitate donatum vis ea procreatrix inferatur. Quoniam itaque ab ovo recepta jam in ovarijs fecunditatis vi ab admirabili illius lutei corporis compage, cujus sinu, quasi altero primoque utero concipitur & conservatur, excluditur; ab extremis tubæ lacinijs, quasi totidem digitis affabre instructæ manus, nullo sane, aut mentis consilio,

aut

I. **S**E la sola novità delle cose benchè scompagnate dalla grandezza deve animarci a ricercarne le loro cagioni: con quanto poi più di forza dovrà llo d' amandue l'unione, illustre per la novità, ed eccellente per la grandezza. Ed in vero ciò di cui or ora io ne feci il racconto, per quanto dierono le mie forze, e diligente e fedele, sembra a mio giudizio sì per la novità, che per la grandezza esser di tanta stima, che s'egli si paragoni con gli avvenimenti di tal sorta, tutti senza dubbio di gran lunga in preggio e rarità gli avvanza. Delle cose poi tutte, che furon da me nel precedente racconto riferite, parte io ne vidi, e parte negli ultimi tempi ricercate ad una ad una dalla Signora e confermate parimente dal marito presente l'andava a canto del loro letto scrivendo, perchè o non isbalgiassi, oppur anche non fossi altrui innocente occasione di sbaglio; e parte poi finalmente pochi giorni fa col mezzo di lettera l'ebbi cortesemente dal Marito per togliere un qualche scrupolo intorno ad un punto di fatto. Per dir dunque sopra un cotal avvenimento, come mi son prefisso con chiarezza e brevità una qualche cosa, penso di poter restringere il mio discorso comodamente a tre soli punti: e saran essi. Dove questa bambina, o questo feto siasi accresciuto: Indi dove sia andato: e finalmente per dove uscito ne sia: Tratterronne di questi a parte a parte, e sporrò su ciascheduno la mia opinione. Non dissi a bello studio, ove questo siasi concepito; perchè secondo gli Anatomici tutti di miglior senno al giorno d'oggi, dopo tante replicate osservazioni, e con sì chiaro lume, non se ne dubita più, che la concezione non facciasi nell'ovaja, dove all'Uovo già maturo nel seno del corpo luteo, o giallo che dirlo vogliamo, vi si porta ciò che dal seme maschile fecondarlo debbe. Giacchè dunque colà si feconda, e che fecondato dall'artificio mirabile di quel corpo, che nel suo se-

no,

aut incredibili præter naturæ ordinem virtute, excipitur; sed ea dumtaxat divina quadam ac ineffabili artificiosi operis vi, cujus contemplatione atque admiratione suavissime rapimur, & delectamur, qua tenuissimæ ac pene infinitæ universi corporis partes administrantur. Ab hac porro tuba, cui quidem tubæ forma est, paulatim adductum, in uterum demum infertur, ut ibidem juxta certas naturæ leges suo tamquam in sinu primum explicetur, tum adolescat, atque ad eam denique magnitudinem perveniat, cujus ab novem circiter mensibus solet. Si itaque iste ipse mulieris sinus est, in quo ex divinæ mentis consilio ineffabile generationis opus perfici debeat, in hoc ergo loco non primum quidem conceptus, sed reliquum certe perfectionis opus absolvi dicendum erit.

II. Tametsi vetus opinio erat ad hæc pene deducta tempora, nusquam nisi in utero aut aggredi, aut perfici generationis opus; recentiorum tamen Anatomicorum inelluctabili diligentia sensuum testimonio firmata compertum est; extra uterum quandoque absolutum opus generationis fuisse: quod equidem in utero, in tuba, in abdominis cavo, atque ovariis confectum animadvertimus. Ovum in ovariis, quæ a veteribus Anatomicis testiculi appellabantur, non conceptum modo, sed auctum atque formatum testantia duo præ ceteris celebriora ac magni nominis exempla afferuntur. Alterum vetustius ductum usque ab anno 1663. ex Medicis Gallicis Ephemeridibus D. Abb. de la Roque; alterum recentius ab anno 1701. ex Monumentis Regiæ scientiarum Academiæ Celeber. Anatomici D. Litre. Ex primo itaque accipio in diducto gravidæ mulieris ventre, quæ inter vehementes labores atque parientium similes conatus decesserat, compertum fuisse exiguum multo sanguine obvolutum police minime majorem partum, ex dextero delapsum ovario, quod longe sinistrum magnitudine superabat: ex cujus laceratione & primò conceptus sedes, & incrementi præterea

no, qual primo grembo e lo produce e lo conserva, espresso indin' esce e dall' estremità della Tromba, quasi da una mano di molte e molte dita formata, e raccolto ne viene, non mica a forza di seno, e di prodigio, ma di quel solo divino ineffabile, e da chi sol lo contempla, o in qualche parte capito, o giustamente ammirato magistero, da cui tutte le menome infinite sottilissime parti del nostro corpo sono regolate. Da questa Tromba poi, che a guisa appunto di tromba è fabbricata, vien passo passo accostato all' utero, ed in quello finalmente spinto, perche secondo le leggi di natura nel suo vero grembo si spieghi, aggrandisca, e tal divenga, qual osservar si suole, poichè colà soggiornato abbiane intorno a nove mesi. Se questo grembo dunque o utero della femmina è la stanza, cui destinò la Provvidenza perche si lavorasse a perfezione quest' opera; in questo luogo altresì, non già concepita come dicemmo, ma perfezionata s'avrà a dire questa Bambinella.

II. Benche sino a questi ultimi tempi siasi creduto, non potersi ne incominciar, ne stabilir l'opra della generazione fuor che nel solo utero: la diligenza però della moderna Notomia se veder con l'occhio, e toccar con la mano anche fuori dell'utero compiersi alcuna volta la generazione. Pertanto in quattro distinti luoghi ella fatta s'osservò: nell' utero, nella tromba, nella cavità dell' Addomine, e per ultimo nell' ovaia. Dell' uovo non solo concepito nell' ovaia, che gli antichi testicoli nominavano, ma & accresciuto, e figurato in corpo umano, due frà l'altre, e le più illustri, e le più autorevoli osservazioni produr si sogliono; l'una più antica sin dell' anno 1663. tratta dal Giornale Francese di Medicina del Signor Abb. de la Roque; e l'altra più recente del 1701. cavata dalle Memorie dell' Accademia Reale delle Scienze del rinomatissimo Anatomico il Sig. Litre. Hassi dalla prima ritrovato nel ventre aperto d' una

præterea locus & exitus pariter facile intelligebantur.

III. Traditur autem altero Cl. Litrium auspicato in sinistro mulieris Ovario comperisse, præter præclara nonnulla, & diversam sane, & ceteris minorem quamdam vesiculam, qua pellucido, viscidoque humore conclusus partus continebatur, cujus crassitudo sesquilinea erat, longitudo autem ultra tres lineas proferebatur, ex interiore membranarum parte funiculo lineæ triente crasso, supra tres autem longo inhærens. In huius capite ad oris sedem tenuem hiatus, ad nasum vero exiguam eminentiam, ex cujus summa utraque parte tenuem quasi lineam clare cernebat, quæ palpebrarum rimas referre videbatur.

IV. Nec ulla mihi ratio, neque ullus animus est, pro eo quanti Illustrem hunc Anatomicum facio, quæ de fide, quæ de illius sedulitate, ne tenuem quidem suspicionis scrupulum iniiciendi; atque cave, existimes me unquam dubitasse, quin ullus ibi partus extiterit; sed unum dumtaxat subiiciam, ab eo animadversa longe aliter se habere atque ab nostris & alienis observationibus compertum est. Unus enim est omnium Anatomicorum consensus, primis præcipue conceptionis temporibus, minutissimum partum esse, qui longe multumque ab ovuli seu vesicæ continentis amplitudine superatur; quantoque magis ejusdem partum adolefcere, tanto inter utrumque minorem fieri inæqualitatem, ut qui paulo post conceptionem foetus præ corpusculi exiguitate vel centies repetitus eo in ovulo contineretur, sub ipso autem partu ipsdemque quantumvis diductis membranis, vix commode concipiatur.

V. Id ipsum plane nobis animadvertere licuit in recentissimo duodecim, aut non multo secus, ut certo intelligi potuit, dieum mulieris abortu, pinei putamine vix minore. Ovuli huius seu vesiculæ facies tenuibus erat atque frequentibus vasculis circumfusa, quæ vario crebroque complexu perreptantia placente rudimenta

d'una femmina gravida mancata tra gli affanni e dolori simili ad una partoriente, involuppato in molto sangue un piccolo feto, non maggiore, d'un pollice, che caduto n'era dalla destra ovaja, che di molto superava in grandezza la sinistra, e dalla cui grande squarciatura dinotavasi, e dove prima egli annidato, e donde poi uscito se n'era.

III. Dall'altra del Sig. Litre si raccoglie, aver lui avuto la buona sorte di scoprire nell'ovaja sinistra d'una femmina, oltre alcune altre cose, una particolar vesichetta differente e più piccola dell'altre, in cui era in un liquore chiaro mucellaginoso un feto che avea una linea e mezzo di grossezza, e più di tre di lunghezza attaccato alla parte interiore delle membrane con un cordone grosso un terzo di linea ed una linea e mezzo lungo. Distingueva chiaramente in questo feto la testa, e nella testa una piccola apertura all'huogo della bocca; una piccola eminenza nel sito del naso; ed una piccola linea da ciascuna parte della radice del naso. Parevano queste due linee le aperture delle palpebre.

IV. Ne posso in vero, ne voglio, ne punto ne poco dubitar o della di lui diligenza, o della di lui fede per la stima grande che io fo d'un sì illustre Anatomico, e molto meno, che colà siatovi per avventura il feto non fosse: ma dirò solamente, che le cose da esso osservate sembrano molto discordanti e dalle comuni, e dalle nostre osservazioni. Ella è una comune osservazione de Notomisti, esser ne' primi tempi della concezione piccolissimo il feto raccolto però in un ovo, o vogliam dirlo vesica, che in proporzione supera di gran lunga la grandezza del feto: e che quanto più questi si matura, e s'aumenta, tanto minore fra la vesica e il feto addiviene la proporzione; conciossiachè il feto, che ne' primi tempi potea ben cento volte esser contenuto in quella vesica o membrane, nell'ultima tempo appena una sol volta

rum esse designabant. Hujus porro placenta cum membranis animo scilicet chorioque quibus circumfunditur eadem esse omnino ratio videtur, atque earumdem membranarum cum concluso foetu: Principio namque tanta est placenta amplitudo, quae membranas universim comprehendat, procedente autem graviditate, fuis magnopere membranis, quasi placenta decreveret, eadem multo ampliores evadunt. In hac itaque nostra memoratae magnitudinis vesicula, quae fatius dicenda ovulum est, tenui ac perlucido humore plena tantulus concludebatur foetus, quantum sane milij granum est. Flexus is in orbem erat, cujus pars longe maxima caput, sub quo multo tenuius corpusculum proferebatur, atque ex hoc infra dimidium funiculus fundebatur, in quo quasi tenuissimam coccinei coloris lineam cernere licuit, quam umbilici venam fuisse reor. In capite utrimque punctulum erat atrii coloris ab latere dumtaxat conspicuum, ad oculorum sedem, idque sub tenui membrana locatum: longam insuper sed tenuissimam quasi oris rimulam, nihil praeterea certo advertere datum est. Neque mirum mihi profecto est, singularem tanti Viri sedulitatem complura detexisse. Sed mecum dumtaxat recogito, quemadmodum ceciderit, eum in ovulo viciae grano haud sane majore, cum ceteris illud esset vesiculis minus, ceteraque majores vesiculae, quae perperam ab nonnullis pro ovis habentur; ubi nullum intercedat vitium; numquam ciceris magnitudinem aequare, nedum superare consuecunt: praeter naturae leges atque communem omnium observationem, partum nostro majorem comperisse: tamen nostra itidem vesicula vel viginti partibus Litriana esset profecto major, in qua sane inter foetum & vesiculae amplitudinem ratio non esse non poterat.

VI. Si quis autem nostro hac de re accipiti animo consulturus, regerat, illud propterea ovulum eam, quae par erat, assequutum magnitudinem non fuisse, quod

comodamente vi cape.

V. Toccò a noi pure d'osservare nell'abortivo d'una donna gravida non più, perciò che si sepe, di dodeci giorni, che per una esterna cagione s'era sconsociata, una vesicetta, poco o nulla minore d'un nocciolo di pinocchio. Era questa al di fuori tutta corredata di piccioli e molei vasellini, che sparsi ed in varie fogge piegati davano a divedere esser il principio di ciò, che placenta s'appella; di cui corre altresì la stessa osservazione, che delle membrane; essendo questa ne' primi tempi pure molto distesa tutte d'intorno le membrane coprendo; in processo poi di tempo par che si rimpiccolisca; ma il vero si è, che di gran lunga più si spiegano le membrane di quel che ella si dilati. Questa vesica dunque oppur uovo che dir si debba, della suddetta grandezza, osservammo ripiena d'un liquore chiaro e sottile, in cui nuotava un piccolissimo feto, grande sol tanto, quanto è un grano di miglio. Questi era piegato in cerchio, di cui la maggior parte formava il capo, sotto del quale il resto del corpicciolo s'allungava, ma molto più sottile. Un pò sotto la metà di questo usciva un cordoncino, in cui scorgevasi un rosso sottilissimo fillo lungo quanto il cordone, che altro esser non poteva che la vena del Bellico. Nella testa poi distinguer chiaramente non vi potei, che nel sito degli occhi, e ciò in profilo, che un punto nero, che compariva sotto una sottil membranuzza, niente ravvisando di chiaro, se non se un sottilissimo lungo segno della bocca. Io non istupisco, che forse la maggior accuratezza di quel Valentuomo abbia saputo scoprir più cose: solo mi fermo a riflettere e considerar meco stesso, come sia succeduto, che in una vesicetta certamente non maggiore d'un grano di vecchia; giacche questa era minore delle altre; e le maggiori, quando non vi sia alcun vizio, da alcuni credute per uova, non uguagliano giammai un cece, abbia contro le leggi o l'osservazioni comuni veduto un feto di grandezza maggiore del nostro; avvegnache la nostra

quod ex ovarii septis excedere mature non potuerit; nos huic humanissime responsum volumus: id ipsum quod ovulum, quominus adolesceret prohibere prorsus potuit, etiam ne maturius fœtus incretueret, facturum certe fuisse; quod cum ex nostris sæpe, tum ex alienis observationibus, de quibus mox sumus verba facturi, evidentissime constitit. Si cui tamen nostra minus quam Cl. Litrii probaretur observatio, quippe quæ naturæ legibus minime videretur consentiens, ut omnis omnino ex animo suspicio adimatur, alteram porro mecum recognoscat ab Immortali nostro diligentioris Anatomæ Principe Malpighio adductam observationem gravidæ cuiusdam mulieris, quæ abortu, reiecit conceptum magnitudine & formæ æquantem ovum gallinaceum propria secundina circumdatum; quod intus diaphano turgebat humore, in cuius centro fœtus continebatur cum umbilico. Fœtus magnitudinem apud parum superabat. In huius capite tres amplæ vesicæ cerebrum constituentes eminebant: Aderant oculorum inchoamenta, semicirculi scilicet nigri. Parum infra oris hiatus aperiebatur. In dorso &c. (a) His sedulo intersecollatis: & quisquam dubitabit, utra Litriana, an nostra observatio cum Malpighiana magis congruat? Litrii namque fœtus vix ac ne vix quidem, me temere non opinante, sua poterat capi vesicula, cum is autem Malpighii, itemque noster in sua quisque posset, vel quinquagies commode contineri.

VII. Duabus hisce præterea observationibus tertia etiam adiici posset: Mola nimirum mulieris annos 50. natæ, quam Cl. D. Thomas Frosini Med. Theor: in Pisano Liceo Prof: anno 1687. inciderat, qua de re Malpighium per epistolam certiore fecerat Cl. D. Felix Adam Mulebacher, quod itidem in Opere Posthumo ejusdem Malpighii relatum est. Mola naturæ informis partim carnosæ, partim cartilaginosa, partimque

osseæ

nostra vesica fosse almen venti volte maggiore di quella, in cui per lo meno si dovea conservar la proporzione della capacità della vesica alla grandezza del feto.

VI. Se poi per togliermi questo stupore, mi si dicesse, che forse quel uovo non avendo potuto per tempo uscir dall'Ovaja, non era a dovere aggrandito: crederci di poterli civilmente rispondere, che ciò avrebbe dovuto impedire come l'accrescimento della vesica, così pure l'ingrandimento del feto. Il che fu più volte da noi osservato, e nelle nostre, e nelle altrui osservazioni di cui ne parleremo frà poco. Che se alcuno poi più della surferita osservazione del Chiariss. Sig. Litre, che della nostra s'appagasse, come di quella forse che meno s'accorda con le leggi di natura: per togliere affatto ogni dubbio, addurronne una del nostro Immortale Primo diligentissimo Anatomico Malpighi. Gettò dic'egli una femmina in una sconciatura un abortivo di figura e grandezza uguale ad un uovo di gallina circondato dalle proprie membrane, pieno d'un umore diafano, nel cui centro contenevasi un feto col cordone o sia bellico. Il feto eccedeva di poco la grandezza di un Ape. Nel capo di questi eranvi tre eminenti vesiche, da cui formavasi il celabro; v'erano pure dirozzati gli occhj, cioè due neri semicerchi. Un pò di sotto si scorgeva l'apertura della bocca. Nel dorso &c. Se ora poi fatto venga di queste osservazioni un diligente paragone, vi potrà esser forse alcuno che dubiti, che molto più la nostra, che quella del Sig. Litre non s'accordi con la terza del Sig. Malpighi? Tale era il feto del Litre, che appena nella sua vesica capirvi poteva; potendo all'incontro sì quello del Malpighi, che il nostro esservi nelle sue vesichette ben cinquanta volte capito.

VII. A queste due osservazioni ci si potrebbe aggiungere la terza cioè è una Mola ritrovata in una donna di 50. anni tagliata dal Sig. Tommaso Frosini Prof. di Medicina Theorica nello studio

ossæ sinistro ovario inclusa tanta erat, ut cum involucris septem ac decem pondoponderet. Id primo Ovum fuisse dicitur, quod aut foecunditatis aliquod, aut formæ vitium longo satis triginta annorum spatio in rudem hanc naturam finxerit, quæ tandem dilaniato diuturnis atque atrocissimis laboribus septo misere mulierem confecit.

VIII. Ovum ex ovario elapsum neque ab adjunctis tubæ laciniis exceptum in abdominis cavum illabi, ibidemque inhærere, adolescere, & in corpusculi modum affabre elaborati formari, figurari, atque colorari, Anatomica singularis observatio confirmat, & ratio pluribus argumentis innixa suadet. Tradit porro idem D. Abb: de la Roque anno 1663. Parisijs incisam in amplissimo Nosocomio quod sua lingua Hostel de Dieu appellat, fuisse mulierem, quæ gravida perhibebatur, inter pariendi labores atque conatus extinctam, in cuius abdominis cavo atque adeo extra uterum partus erat belle formatus suis membranis circumdatus, partim mesenterio, partimque pleniori intestino innexus. Altera huic adici observatio posset; si aut certior fides, aut accuratior fuisset descriptio, de foetu nimirum Mussipontano, quem quidem abdominis cavo inherentem consentiunt, tamen in ceteris non omnino convenient Laurentius Strausius, Thomas Bartholinus, Antonius Deusingius, & Jo: Daniel Horstius. Ovum ubi primum consistit, ibidem inheret, ob eandemque rationem ac eundem plane in modum, quo & illud ipsum cum utero, & plurimæ inter se corporis partes connectuntur. Si quidem non raro aucta quam maxime ovaria vidimus intestinis firmissime innexa. Jecur itidem Lienem ac Intestina præter naturam adjunctis partibus adherere. Vidimus præterea ex inguinibus in scrotum delapsum intestinum arctissime eidem scroto innexum, ut quam vehementissime in suam sedem reponere conantes frustra tamen Chirurgj laboraverint.

IX.

dio di Pisa sin nell' anno 1687. comunicata con lettera dal Signor Felice Adamo Mulebancher al sullodato Malpighi. La Mola di sostanza informe parte carnosae, parte cartilaginosa, e parte ossea, era contenuta nella sinistra Ovaja, e di tanta grandezza, che co' suoi invogli arrivava al peso di diciassette libbre. Questa credesi esser stata da principio un uovo, che o non abbastanza fecondato, o mal organizzato, e disposto siasi in trent' anni stabilito in una sostanza di tal sorta, da cui dopo lungbi, ed atroci dolori squarciato il carcere, fù tolta di vita miseramente la femmina.

VIII. Che uscito dall' Ovaja, ne ricevuto ancora dalla Tromba, cada l' uovo nella cavità dell' addomine, colà s' appicchi, e per dir così germogli, e si lavorino le parti tutte appuntino sul modello d' un ben organizzato corpiccivolo e l' osservazione Anatomica lo conferma, e la ragione fiancheggiata da molte pruove lo persuade. Lo stesso Sig. Abb. de la Roque nell' anno 1663. racconta essersi in quel grande Ospital di Parigi detto l' Hostel de Dieu aperta una femmina creduta gravida morta con i premiti del parto, nel cui ventre v' era fuori dell' utero attaccato parte al mesenterio, e parte all' intestino Colon un feto avvolto nelle sue membrane, e perfezionato nelle sue parti. Vi si potrebbe aggiungere un'altra osservazione, se o fosse più sicura la notizia, o più diligente la Storia del feto detto Mussipontano, di cui benchè trattandone lo Strausio, il Bartolini, il Deusingio, l' Horstio non convengano, sembra però che l' accordino attaccato internamente alla cavità dell' addomine. L' uovo dove si ferma ivi s' attacca, e s' attacca nella stessa guisa, e per le stesse cagioni per cui s' attacca nell' utero, e l' attaccano l' altre parti frà di loro. Vidi non di raro aggrandite l' Ovaje, ed appiccate agl' intestini. Vidi il Fegato, la Milza, e gl' intestini medesimi attaccati fuori de' loro siti alle vicine parti. Vidi alcuna volta nell' ernie caduto un qualche intestino nello scroto, e colà attaccato far sbracciar

C

ciar

IX. Multo tamen frequentius comper-
tum est, ovum ex ovario exclusum a
tuba exceptum, ibidemque usque eo
morari, neci, augeri, atque formari
dum, aut lacerata tuba, mater jugulata
occiderit; aut in illius gremij angustia ob
alimenti inopiam arente foetu, sceleti
imago visa fuerit. Simulac Medici mor-
tuorum corpora incidere minus detre-
ctarunt, non modo partium compagem
atque artificium scrutantes; verum eti-
am, quod longe maximi in Medicina
facienda momenti est, ut & abditas
morborum causas, sedes, ac effectus
detegentes: quam quidem studiorum ra-
tionem Incomparabilis noster, atque ut
temporibus illis unus diligentissimus A-
natomicus Eustachius se præ ceteris toto
vitæ curriculo non coluisse vehementis-
sime doluit, tamquam utiliore atque
fecundiore penum, unde nimium
quantum certiora rei medicæ lumina eli-
ciuntur; Jam tum scilicet ab ævo nimirum
Harvei sempiterna Medicorum omnium
memoria celebrandi, cui prima solidioris
Anatomies inventa accepta referi-
mus, fœtus in tubis aut primum aut sæpius
explicati reperti sunt. Hac quidem de
re memoratus meminit. (a) Harveus:
aliquot præterea refert, antea fortasse
observatos cum Parisijs, tum illic vici-
niæ (b) Exercitativissimus Anatomicus
Riolanus Filius. Fœtum itidem in ute-
ri cornu seu tuba Benedictus Vassalius
Chirurgus Parisiensis deprehendit. No-
stris autem pene temporibus Illustris Re-
giæ Scientiarum Academiæ Socius atque
Accuratissimus Anatomicus D: du Ver-
nei Senior anno 1689. in dextera mulie-
ris tuba partum comperit, quæ ex edi-
to valde loco delapsa periit. Fœtus is
viscido erat circumfusus humore, cujus
adeo sicca erant, atque extenuata inte-
gumenta, ut commode possent ossa su-
bjecta pervideri, prorsus fere umbilico
placenta, atque membranis extenuatis,
cunctisque visceribus exsiccatis, ut na-
turæ beneficio conditus videretur. Is in
arcus

ciar in danno li Cerusici, che pensava-
no di riporlo.

IX. Ma ben più frequenti sono gli av-
venimenti, in cui l'uovo uscito dall'Ova-
ja, raccolto dalla Tromba, e colà trat-
tenuto, appiccato, accresciutosi sino a
che, olacerata la Tromba, se morir sve-
nata la Madre; oppur nell'angustie di
quel seno mancandole appoco appoco l'ali-
mento scusso di carne il feto divenne qua-
si un carcame. Da che i Medici comin-
ciarono un pò più a dimesticarsi co' cada-
veri, rintracciando non solo con la Noto-
mia la struttura delle parti, ma etiam dio
ciò che torna molto più a conto la sede,
la cagione, o gli effetti de' malori; stu-
dio, cui pianse amaramente l'incompa-
bile nostro Anatomico, e per que' tempi
diligentissimo Eustachio, per non averlo
in tutta la sua vita sovra ogn'altro col-
tivato, come la più utile, e la più fecon-
da miniera, da cui trar si possono i più
certi e maggior lumi dell'Arte nostra:
da quel tempo appunto, cioè a tempi del
sempre memorabile Harveo, da cui tras-
fero principio le gran scoperte della No-
tomia, s'incominciarono a vedere più d'
una volta li fœti dimoranti ed aggrandi-
ti nelle Trombe. Di queste ne parla il lo-
dato Harveo, e d'alcuni pure osservati
od in Parigi od in quel vicinato l'Eserci-
tatissimo Anatomico Riolano il Figliolo.
Ritrovonne nel destro corno o Trom-
ba il Cerusico Benedetto Vassalio Pari-
gino. Ne vide ne' tempi più recenti l'Illu-
stre Accademico di Parigi ed Accura-
tissimo Notomista il Sig. Du Vernei il
Vecchio nell'anno 1689 nella Tromba de-
stra d'una femmina morta per una gra-
vissima caduta. Era quel feto contorna-
to da un umor mucellaginoso, le cui co-
perte eran così sottili, ed arsiccie, che vi
si potevano comodamente scoprire l'ossa
soggette; essendo altresì il bellico, le
membrane e la placenta quasi intera-
mente sparute: tutte le viscere inaridi-
te, sicche pareva dalla natura balsama-
to. Era questi piegato in forma d'arco
colle gambe incrociabbiate, e di tal gran-
dezza, che sembrava aver intorno a set-
tanta

(a) De Gen. Anim. exercit. 75.

(b) Antopogr. lib. 2. cap. 34.

arcus speciem flexus cruribus ad decussim ductis, ejus erat magnitudinis, ut ab septuaginta diebus conceptus videretur. Itemque alterum deprehendit in sinistra tuba in eo Nosocomio, quod de la sal petriere nominant. In postremum autem Parisiis observatum incidit Cl. Litrius anno 1701. in sinistra femine tuba, cui a sex hebdomadis menses non provenire, ejusque iconem dedit, cujus sane membra nimium quippe absoluta, & elaborata tantule ætati non apte respondere videntur.

X. Omnium porro novissimus, primus tamen, si recte memini quem nostra protulit Italia is fuit à nobis repertus, de quo in editis nostris Anatomicis (a) Observationibus sermonem fecimus, cujus etiamnum videndi copia apud me est, per funiculum tubæ colligati, atque hujus suo utero innexæ; cujus scilicet iconem dedimus; ut ij possent si ulla dubitandi adhuc ratio esse videretur, certiores fieri. Quartus jam nunc annus est cum v. Idus Julij anno scilicet 1723. visum adij cadaver probe mulieris Angele Padellæ Andree Pulissi uxoris in vico D. Gregorij. Tres hæc supratriginta annos nata sex Filiorum mater, cui menses a quinque itidem mensibus substituisse neutiquam graviditatem, quod pleræquæ omnes hujusmodi mulieres faciunt, cujus nulla unquam suspicio incefferat, sed remedia tantummodo causabatur, quæ identidem adhibere consueverat ob capitis morbum, a quo tandem audiendi facultas erepta fuit: tamen antè id temporis nunquam vel sub frequentissimo eorundem usu substitissent. Post hos quinque menses de repente animo linguæ sentiens, opem advocat, lecto collocatur, tum recreatis paulum viribus, se se jam extremam vitam agere dictitans, quippe quæ atrocissimis torquebatur circum pubim, & femora cruciamentis. iterumque exanimata, vultu pallens, tota algens, sudore perfusa, crebro sed inani vomitu sollicitata, modico sanguine ex utero manante a duodecima diei hora ad vigesimam

primam

tanta giorni. Altro pure ne vide nella Tromba sinistra nell' Ospital che nomasi de la sal petriere. Uno parimenti n' offervò pure in Parigi il Sig. Litre nell' anno 1701. nella Tromba sinistra d' una femmina, cui da sei settimane s' erano trattenuti i suoi ordinarj, e dienne pur egli la figura, che sembra d' un feto troppo fornito per la poca età ch' egli avea.

X. L' ultimo di tempo, ed il primo, s' io non erro, che siasi rinvenuto nella nostra Italia è quegli da me ritrovato, di cui ne feci parola nelle mie Osservazioni Anatomiche, che tutt' ora presso di me si conserva, appiccato alla Tromba, e la Tromba all' utero; quale appunto ritrar lo feci, per assicurarcvi ancora ne dubitasse. Sono appunto quattr' anni, che il dì undici di Luglio dell' anno 1723. mi portai a vedere il cadavere d' una onesta femmina detta Angela Padella moglie di Andrea Pulissi in contrada di San Gregorio. Questa in età di trentatre anni Madre di sei figliuoli, avea per ben cinque mesi attesa la comparsa de' suoi ordinarj. Ella non credendosi gravida incolpavane i rimedj, cui andava di tempo in tempo prendendo per certo male di capo, onde sorda erane divenuta. Benchè però per l' addietro mai mancati le fossero ad onta di qualunque praticato medicamento. In capo a cinque mesi tutta ad un tratto sentendosi venir meno, chiama aiuto, è posta a letto, indi un poco rinvenuta disse sentirsi vicina a morte, per li atroci spasimi, che provava all' intorno del pettignone e delle coscie. Poi venuta di nuovo, pallida il volto, fredda il corpo, di sudor grondante, più volte stimolata al vomito, gittando dall' utero poche stille di sangue, dopo nove ore di spasimi, di languori, d' agonia sen muore. Ne feci incontanente l' apertura del cadavere, e veduto il basso ventre allagato di molto sangue, l' asciugai per ritrovarne la sorgente. Vidi ciò fatto alla metà della sinistra Tromba, un enfagione considerabile lunga ma più sottile d' un uovo di gallina, che pensando o dover esser un

primam nervorum distentione, summa virium imbecillitate, contentione, atque angore confecta morte occubuit. Dissecto protinus abdomine, exsiccatoque illicei plurimo effuso sanguine, quo facilius in conspectum daretur locus unde erupisset; quo absoluto ex media circiter sinistra tuba tumorem gallinæ ovo paulo tenuiorem animadvertimus, quem cum aut ex aneurismate, aut ex foetu concluso productum conijcerem; Socrus namque suam hanc nurum gravidam fuisse, tum mihi indicium dederat; resectas cum utero tubas nobiscum in commodius tempus atque locum scrutandas detulimus. Postridie illius diei non solus quidem; ut quamdam ex arte fallaciam intenderem; Non scribo hæc temere; cui scribam, video; sed ex nostris etiam nonnullis non utique in Anatomica disciplina tirones & hospites, sed qui non semel modo iterumque, sed centies mecum atque centies cruentati manus non fæditate maculaverant, sed usu atque exercitatione erudiverant, in iis rebus aperiendis, quas & Deus condidit, & nosse Medicus debet: tum plurimi ex doctis amicis adfuerunt, qui quod sepe ex comentario didicerant, oculorum etiam testimonio assequerentur. Ex posteriore tubæ parte, qua se in tumorem diduxerat, foramen tenuissimum vix panici grano majus adverti, unde sanguis is destillaverat, qui longe lateque in intestina exundavit. In istuc itaque osculum scalpelli cuspide conjecto levi manu extenuatos tubæ parietes paulatim diduxi, quos subter quidpiam placenta simile comperi, quo leviter remoto, subtensas protinus video-tenuissimas ac perlucas membranas limpidissimo humori circumfusas: tum ea tubæ parte paulum inclinata nostris atque aliorum oculis, non noctu quidem pallido tenuique lucernæ lumine, sed meridie præclarissima solis luce partus humanus sese optato exhibuit. Comino de is pellucido humore conclusus facile circumfluebat, nec ut ut quinque mensum esset, unciam longitudine superabat.

aneurisma, o poter anch' essere un qualche feto ivi racchiuso, essendomi stato dalla suocera dato un non leggier indizio, ch' ella gravida fosse: tagliate con la Tromba tutte le anesse parti, le portai meco per farne una più comoda e diligente esamina. Il giorno dietro dunque non già solo per far un qualche givoco dell' arte, ma assistendoci alcuni prima de' nostri scolari non forastieri e digiuni delle cose di Notomia, ma che si sono meco in più di cento e cento incontri non dirò bruttate, ma bensì addestrate le mani nello scoprir ciò che Iddio fece, e ciò che il Medico conoscer debbe; poscia molti de' dotti Amici, che con l' occhio assicurar si vollero di ciò, che aveano già in leggendo inteso; ritrovai alla parte di dietro della Tromba un piccolissimo forellino quanto un grano di panico, da cui uscito n' era appoco appoco tutto quel sangue, che allagato avea gl' intestini: entrato dunque con la punta del coltello in questo foro, allargai agiatamente le assottigliate parti della Tromba, e sotto vi rinvenni cosa simile alla placenta; rimosso ciò che placenta parevami, veggio stese di sotto sottilissime membrane, che chiudevano un chiaro umore, e rivolta la Tromba all' ingiù, videro i nostri, videro gli occhj degli altri, non di notte al pallido e debil lume d' una lucerna, ma in sul meriggio alla più risplendente luce del Sole un feto umano. Nuotava questi ben comodamente nel suo chiaro umore, ne benché di cinque mesi era egli più lungo d' un oncia in circa dovendosi non dall' età, ma o dal luogo, o dalla quantità dell' alimento misurar l' ingrandimento di tali feti.

XI. L' Utero finalmente è la sola e vera sede, cui destinò Natura, perche colà appena fecondato si ricovrasse l' uovo, ed avviticchiatosi a que' pareti andasse succiando da' moltissimi vassellini quel sangue, che o passando per il Bellico somministrasse gli materia, onde appoco appoco inzuppate le piccole parti s'aggrandissero, e filtrato in un chiaro umore, che lo circonda; e lo tenesse agiatamente, e

bat. Parvam namque horumce foetuum magnitudinem ab loci angustia atque alimenti inopia, quam a temporis longinquitate aut brevitate petere malo.

XI. Uterus demum vera & singularis sedes est, quam idcirco natura dedit, ut illuc se foecundatum ovum reciperet, iisque parietibus innexum a frequentissimis vasculorum osculis eam sanguinis vim exugeret, qui aut per umbilicum trajectus id suppeditaret quo aut madefactæ paulatim exiguæ corpusculi particulae adolescerent, & in pellucidi humoris naturam faccato, qui foetui circumfunditur, & mollissime insideret, & celerrime posset agitari, & facile eos declinaret ictus, quibus præsertim ab initio tenerrimæ partes dissolverentur; aut fortassis etiam leni balneo esset, unde non ore sed infinitis pene ac tenuissimis cutis spiraculis, seminum potius quam animantis in modum, tenuiora, suavioraque humoris corpuscula exciperet ad extremas exigui foetus particulas irrigandas aptiora; sanguine illuc primum multò difficilior pertineret; postremoque illius fluxu exituque ea circum loca mollita provide laxarentur, & foetui lubricum iter sterneretur.

XII. Quandoquidem supra non licet, ut verisimiliori saltem conjectura perspicatur, ubinam locorum ex quatuor nuper recensitis hujusce nostri foetus corpusculum fuerit conditum, in primis opus esse censeo, non oscitanter tria hæc animadvertere, quæ cuique locorum inesse debere, necessario videntur, ut & perfici, & intelligi opus hujusmodi possit. Loci nimirum capacitas, alimenti copia, exitusque facilitas. Hisce locatis quasi firmissimis reliquæ orationis fundamentis, de quibus opportune atque distincte, ubi opus fuerit, rationem reddam. Sic de singulis agere constituo, ut primum de iis disseram quæ minus, tum de iis quæ magis rationi convenire videntur.

XIII. Nullus profecto, nisi attendatur, quod ad loci capacitatem, alimenti copiam, atque exitus facilitatem a

ptior

sdruciolando lo diffendesse dagli urti che sul principio tenero come egli è, di leggieri spapollerebbe, e fors' anche gli servisse d'un dolce bagno, da cui beveressero più che la bocca, gl' infiniti forellini della pelle a foggia più tosto d'una semente, che d'un animale qualche parte più dolce, e più sottile non disadatta ad annaffiar quelle estreme parti, ove particolarmente ne' primi tempi a fatica vi giunge il sangue; dovendo per ultimo uscendo col feto dall' utero, ed ammorbicare quelle parti, perche si spieghino, e lubrificargli la strada, perche vi sdruciolino.

XII. Per giudicar con fondamento, quando con certezza stabilir non si possa, in quale de' quattro sovra-mentovati luoghi siasi lavorato il corpicciolo di questa nostra bambinella, fa di mestieri prima d'ogn' altra cosa riflettere non di passaggio alle tre condizioni, che debbe, a parer mio, aver il luogo, in cui un tal lavoro condurre a perfezione si possa: La capacità del sito, la copia dell' alimento, la facilità dell' uscita. Posi questi tre fondamenti, che sembrano incontrastabili appoggi del mio discorso, e di cui andrò opportunamente a render distinta ragione: tratterò prima di que' luoghi, che mi pajono men verisimili; poi di quelli, che rassembrano più probabili.

XIII. Sembra a prima giunta che per il lavoro compito di quel corpicciolo, luogo più acconcio non siavi, e per la capacità del sito, e per la copia dell' alimento, e per la facilità dell' uscita, quanto l' utero. Così va per appunto la bisogna, e così dir si dovrebbe; quando non vi fossero in contrario, non dirò ragionevoli, ma quasi evidenti gli argomenti. Io non parlo della capacità del sito, o della copia dell' alimento, fatti entrambi a bello studio dalla Provvidenza a questo fine: parlò unicamente della facilità dell' uscita. Se calata fosse la bambina

per

prior utero locus videtur, ubi ex præscripto, hujusce corporis opus absolvi poterit. Ita scilicet res se habet, neque aliter dicendum esset, dum argumenta non modo probabilia illud non oppugnant, sed pene evidentia non everterent. Porro de loci capacitate, deque largitate alimenti nihil est quod differam: hæc namque potissimum huic loco data & constituta quis non noverit? sed de exitus facilitate dumtaxat sermo faciendus est. Etenim si ex iis locis per consuetum naturæ iter foetus fuisset egressus, nulla quidem aut scribendi occasio, aut disceptandi ratio data nobis fuisset. Cum autem illac non descenderit, neque ibidem unquam fuisse mihi magno argumento est.

XIV. Duæ præ ceteris rationes multo validissimæ in hanc me sententiam perduxerunt. Altera quod aut in vehementissimis matris conatibus aut agitatione & motibus foetus discissis involucris, aquæ, instantis partus indicia, quarum nullum unquam ne vestigium quidem animadvertimus, necessario profuissent. Altera autem, quod si foetus hic aliquandiu in utero fuisset, inde aliquando erumpens & uterum cum subito matris interitu dilaniavisset, & nos profecto tantæ lacerationis notas vidissemus.

XV. Matrem protinus interituram fuisse non uni dumtaxat rationi credimus, siquidem hæc non recte instituta habet aliquando, neque certa veritatis norma est; verum ex compluribus etiam, cum nostris, tum alienis exemplis colligo. Etenim in hanc rem meminit Guilielmus (a) Fabricius Hildanus duas discuisse mulieres, quarum utrique dilaniatum comperit uterum, indeque partum per vulnus in ventris cavum erupisse. Id ipsum animadvertere in dissectis mulieribus (b) Jacobus Primirofius, (c) Henricus Roobhusius Chirurgus Amstelodamensis, (d) Caspar Faussius

Tob.

per il naturale usato sentiero, come non vi sarebbe stato argomento di scrivere, così non vi sarebbe materia di quistionare. Ma perche per colà non discese; perciò havi molta ragione di credere, che neppur mai nell' utero stata vi sia.

XIV. Due più che l'altre ragioni a ciò pensare m'invocano; l'una che o ne' sforzi della madre, o ne' contorcimenti della bambina s'avrebbero senza dubbio squarciati gl'invogli, e sarebbono uscite l'acque, che giammai non si videro, segni del parto vicino: l'altra poi, che se stata colà vi fosse per alcun tempo ed indi finalmente uscita; ed avrebbe squarciato l'utero, svenando immantennente la madre, ed avremmo certamente veduti i segnali di questa squarciatura.

XV. Che morta fosse incontanente la madre non devo soltanto dalla ragione raccogliero, conciossiacche, benché il paja, non è questa una sicurissima guida; ma bensì accertarmene con più mani d'osservazioni e d'altrui nostre. Riferisce a questo proposito Guglielmo Fabricio Hildano aver tagliate due donne morte gravide, cui trovò lacerato l'utero, ed usciti per la squarciatura nel ventre i feti. Rinvennero in altre lo stesso Jacopo Primirofio, Enrico Roobhusio. Gasparo Faussio, Tobia Knobloch e finalmente il Salmut. Ho io pure nelle mie Memorie Medico-Anatomiche, le quali quando a Domeneddio piaccia, ed il tempo me lo permetta, andrò preparando alla luce, d'aver in tempi diversi tagliate tre femmine, che per non aver potuto partorire, erano mancate di vita; in ogn'una delle quali vidi a dismisura squarciato l'utero, ed uscito per colà il Bambino nella cavità dell'addomine.

XVI. Benché però Francesco Rossetto nel suo Trattato del parto Cesareo e Teofilo Rainaudo asseriscano non essere le ferite dell'utero mortali, come si pensa, portandone il primo in prova di ciò, e d'altrui, e delle proprie osservazioni: avendo non solamente veduto risanar fatto quelle femmine, da cui colta

(a) Cent. 1. obs. 64. 65.

(b) De morb. Mulierum, & symp. lib. 4. c. 7.

(c) Part. 1. Obs. 1.

(d) Epistol. ad Strabonem.

(a) Tob. Knoblochius ad Horstium ,
(b) & Salmuth. Nos itidem ex nostris
Commentariis Medico-Anatomicis ha-
bemus , quibus imposterum , si Deus
dederit , colligendis digerendisque quan-
tum per temporis angustias licebit , o-
peram navabimus; tres incidisse mulie-
res inter irritos pariendi conatus extin-
ctas , in quarum singulis mirum erat in
modum uterus dilaniatus pate factumque
foetui abdomen ingresso grande ostium .

XVI. Uteri tamen vulnera si cum Fran-
cisco Rosseto & Theophilo Raynaudo
facimus non sunt , ut fert opinio , in-
sanabilia ; prior quippe cum ex pro-
prijs , tum ex alienis etiam curationi-
bus cognovit , eas mulieres , e quibus
per uteri dissectionem partus extractus
fuerit , non modo ad integram sanita-
tem perductas ; verum iterum concepisse
gravidatas , & genuisse felicissime . Id
ipsum confirmare videtur quod (c) Mar-
cellus Donatus retulit de muliere nomi-
ne Ludovica , cui anno 1540. Martio
mense , in Ducis Mantuæ ditione , a Chi-
rurgo Christophoro Bains dissecto abdo-
mine , coram quinque nominatim ho-
minibus gravissimum de hac re testimo-
nium dicentibus , extractoque foetu , inco-
lunitatem ita fuisse restitutam , ut qua-
ter eadem deinde conceperit & pepererit .
(d) Quorum sententiam probasse
videtur Tho. Barthol his verbis „ me-
„ mini Parisiis cum degerem foeminam
„ terque quaterque feliciter sectione cæ-
„ saream Partus suos enixam , quæ via
„ naturali parere nunquam potuit ;
Ad id tamen , nequaquam pertinet , quod
in hanc eandem rem Cæsarum cogno-
mine ducitur ; (e) Plinii siquidem testi-
monio extinctis jam matribus uterus in-
cidebatur . „ Auspicatus dicentis enecta
„ parente gignuntur : Sicut Scipio A-
„ fricanus prior natus primusque Cæsa-
„ rum à cæso matris utero dictus : qua
„ de causa & Cæsiones appellati . Simi-

dell' addomine e dell' utero estrattone
avea il feto ; ma di bel nuovo incinger-
si , e giungere felicemente alloro termi-
ne . Sembra avvalorar la stessa cosa l'isto-
ria che ci reca Marcello Donato d'una
femmina per nome Ludovica , cui da
Cristoforo Bains Cerusico l'anno 1540. nel
mese di Marzo , nel Ducato di Manto-
va , presenti ben cinque nominati testimo-
ni , fù tagliato il ventre , estratto il feto
e risanata , sicche potè poscia ben quat-
tro volte concepire e partorire . E col loro
parere s' accorda Tommaso Bartolini di-
cendo , ch' egli si ricorda , mentre era
in Parigi , esser stati ben tre e quattro
volte col taglio del ventre cavati felice-
mente i feto ad una femmina , che per
la strada naturale non potè mai parto-
rire . Non fiancheggiando però , come
alcuni pensano ciò di che si tratta il co-
gnome de' Cesari , avendosi da Plinio l'
istorico esser stato alle Madri già morte
tagliato il ventre . Auspicatus , dice
egli , enecta parente gignuntur , sicut
Scipio Africanus prior natus , primus-
que Cæsorum a cæso matris utero di-
ctus : qua de causa & cæsiones appel-
lati ; simili modo natus est Manlius ,
qui Cartaginem cum exercitu intra-
vit . Ma comunque siasi la cosa , e
del Rosseto , e del Donato , e degli al-
tri , diverso è il caso ; perocchè altro è
una ferita fatta con arte , e che sicuri ;
altro una squarciatura , e per mezzo a
questa il corpo del feto , che ne tragga
a viva forza tutto il sangue .

XVII. Ma se pur con qualunque suc-
cesso fatta si fosse dal feto una cotale fe-
rita , quali sono stati di questa i segna-
li ? Non già quel leggier spruzzo di san-
gue , che videsi nel mese di Luglio , do-
vendo , s' io non erro , corrisponder al nu-
mero , alla capacità de' vasi , all' am-
piezza della ferita anche lo scarico del
sangue , che tutto senza dubbio colar non
dovea nell' addomine : come appunto nol
fe in quelle femmine , che noi testè di-
cemmo aver tagliate .

XVIII. Che se poi sembrasse ad al-
cuno più ragionevole cosa il credere ,
che

(a) Epist. med. sect. 17.

(b) Cent. 1. Obs. 16.

(c) De Hist. Mir. l. 4. cap. 12.

(d) De Infol. part. hum. vijs c. 12.

(e) lib. 7. cap. 9.

„ li modo natus est Manlius , qui Car-
taginem cum exercitu intravit „ Utut
autem illud est quod hac de re & Ros-
settus , & Donatus & præterea alii suas
observationes adiungunt , multo aliter res
nostra habere videtur , quia non apte
conferri posse puto vulnus a Chirurgo
diligenter utero illatum atque curatum
cum ejusdem uteri laceratione , cui me-
dio erumpens foetus inferatur , non sine
maxima illata vi maximoque sanguinis
profluvio.

XVII. At laniatus utcumque fuerit
partu erumpente uterus. Quas, quan-
tas, quando fuisse hujusce lacerationis
notas dicemus? Num tenuis ille sangui-
nis fluxus , qui ad Idus Julii visus fuit?
Non cohærent: Ex tanto enim vulne-
re, ex tot tantisque dilaniatis vasorum
propaginis, num sanguis nullus ma-
navit , num exiguus , num omnis in
ventrem fluxit? Non tantulam nos
sanguinis vim ex naturalibus effusam in
dissectis memoratisque mulieribus nota-
vimus.

XVIII. Si cui tamen posse acutius
coniciere videretur, nunquam discissum
uterum fuisse; sed principio, ea qua fie-
ri solet ratione , conjectum illuc intro
ovulum atque explicatum eo usque man-
sisse , dum post novissimos pariendi co-
natus mortuum foetum , atque aliqua ex
parte corruptum eundem corrupisse ute-
rum , eumque sensim terebrasse , qua in
abdominis cavum sine tanto sanguinis
profluvio viam iniisse. At si ultro etiam
daretur foetum aliquando uterum inco-
luisse; quamobrem Idibus saltem quæ-
libus post extremos , sævissimosque la-
bores cum pauxillo sanguine , qui tum
temporis fluxerat , nihil quicquam ef-
fluxit aquarum , quibus innatat foetus?
quemadmodum amici nostri Medici Or-
natissimi B. G. immatura morte erepti
sorori Sacilli accidit , quæ cum depulsis
nono exacto mense hujusmodi uteri aut
membranarum humoribus , neque ullis
aut artis auxiliis , aut vitæ conatibus pa-
rere potuisset , septem post mensibus , po-
stremos autem totos quinque sanie tabo-
que

*che se poi sembrasse ad alcuno più ragio-
nevole cosa il credere , che non si fosse
già lacerato l'utero; ma colà entrata-
vi sul principio di sua concezione la bam-
binella , siasi sempre trattenuta sinat-
tanto che , dopo gli ultimi sforzi del
parto priva di vita , e già in qualche
parte guasta , guasto piuttosto e forato
abbiane lentamente l'utero senza gra-
ve perdita di sangue , ed in cotal guisa
uscitane . Quand' anche conceder si po-
tesse , che entro all'utero ella statta vi
fosse : e perche nel Luglio almeno dopo
gli atrocissimi spasmi col poco sangue ,
che uscìne , nulla uscì di quell' acque ,
in cui già si sa nuotar il feto : come per
appunto ad una Signora in Sacile sore-
la già d' un nostro degnissimo Medico B.
G. toltoci da una morte troppo acerba ,
la quale , uscìtale in capo a' nove mesi
di sua gravidezza l'acqua , ne avendo
con tutti gli ajuti di sua robustezza , e
dell' Arte potuto mai partorire ; dopo
sette mesi ; fattosela negli ultimi cinque
un grave flusso di fradiciume dall'ute-
ro ; mancata di vita , fù da me aper-
ta : ed entro all' utero molto sparuto e
guasto vi ritrovai in vero , piuttosto un
carcame , che un feto , tutto spolpato di
carne , volto col capo in giù , e colla fac-
cia al dosso della madre .*

XIX. E che : è forse questa sola la
Storia , che ci fiancheggia? Ce ne sareb-
bero di molte , chi addurne le volesse .
Sembra fra l'altre di maggior pruova
quella , che ci apporta il Rossetto d'una
donna , che dopo aver per quindici me-
si portato un feto morto , morta poi an-
ch'essa , fùle trovato non solo guasto e
disfatto l'utero ; ma l'ossa del feto uscì-
te di colà e sparse . Simile però è l'altra
dell' Augenio di quella femmina , da cui,
per non aver potuto partorire , adonta
de' sforzi de' dolori , e del corso dell' ac-
que , uscìte dopo un lungo travaglio d'un
anno dalle parti deretane alcune ossa ,
mancata finalmente di vita , fùle il
resto del corpicciuolo cavato dall' utero
guasto . Perche dunque da questa pure
con un vizio simile d' utero non ne uscì
simil.

que ex utero manante, morte obita Venetias traductam incidimus. Hujus uterus pure vehementer extenuatus maturum foetum continebat, diuturno septem mensium vitio ita confectum, ut skeleton potius exhiberet, idoneo sane positu, facie in matris dorsum, capite in os uteri converso.

XIX. Neque singularis est nostra hæc observatio, neque multi laboris complures hujusmodi congerere; Alteram ex Rosseto (a) subiiciam, mulieris nimirum, quæ cum utero per totos quindecim menses foetum gessisset, mortuæ atque discissæ uterus erat tabo confectus, ac dissolutus; itemque foetus ossa in cavum abdominis effusa atque disciecta. Alteram ex Horatio Augenio (b) Ferrariensis mulieris historiam referente, ex qua ab instantis partus doloribus, conatibus, plurimoque aquarum profluvio haud enixa, assiduisque per annum laboribus male habente, aliquot ex alvo ossibus depulsis, obita morte, incisa reliquum foetus corpusculum ex utero eductum fuit. Quid est; quamobrem ex hac etiam nostra, quando simile intercesserit uteri vitium, nihil puris, tibi nihil, nihil aquarum manaverit unquam? Quid quod, & mortuo foetu in utero manente, & utero sanie exeso mulier iterum conceperit? Nisi potius hariolari quisquam vellet, ante postremam hujusce mulieris graviditatem, per uterum non laniatum quidem, sed vitiatum perforatumque fetum erupisse. At si id præterea, quod vehementer repugnat, humanissime daretur: quid cæteris plurimisque gravissimis difficultatibus fieret, quas unius brevitas ergo prætereo.

XX. Quemadmodum in hac mea sententia magnopere confirmatum sentio, fetum hunc nunquam uteri penetralia subiisse; ita non procul a veritate abesse viderer, si tamen diligentius tria, quæ supra posui, fundamenta attendantur, ubi me opinari dixerò, ne in ovariis quidem in tantam hanc magnitu-

similmente molto di quel fradicciame; oppur molt'acque. Perche potè la femmina concepir di bel nuovo con un cadavero nell'utero, e con l'utero stesso, che guastavasi; quando pensar non si volesse, che dall'utero non già squarciato, ma prima guasto, poscia forato uscita ne prima del nuovo concepimento ella fosse. Ma se questa pure per cortesia gli si menasse buona, come si scioglierebbero l'altre molte gravissime difficoltà, che per sola brevitade tralascio.

XX. Come sembrami fuor di dubbio, che non siasi in alcun tempo ricoverata nell'utero questa bambina; così per li tre fondamenti, ch'io posi, crederei di non allungarmi molto dal vero, s'io pensassi, che neppur nell'ovaje accresciuta si fosse. Ed infatti s'io primieramente rifletto alla capacità del sito; questa è angustissima: se alla copia dell'alimento; questo è scarsissimo: se alla maniera dell'uscita; questa è difficilissima. Il che certamente è così manifesto, che non abbisogna di pruove.

XXI. E chi non sa la ristrettezza delle ovaje uguali ma più schiacciate d'un uovo di colomba? Chi non conosce la resistenza delle tonache? O queste dicansi semplici, oppur di molte composte, come appunto nella cornea dell'occhio s'osserva; avendo quelle pure non difficilmente fatte a' nostri Allievi vedere in più sottili membranuzze, o laminette divise. Elleno per tanto non sono solamente grosse, ma sommamente difficili ad estendersi; sicche in un'ovaja di grandezza maggiore d'un uovo d'Occa s'era bensì questa alcun poco distesa; ma la maggior parte di quel corpo non avea d'intorno che la sottil tonaca della vesica piena d'un umor limpidissimo, da cui era sfoggiatamente dilatata. E che ciò sia vero; s'osservi la differenza che passa tra queste membrane, di cui ragiono, e l'altre parti che facilmente si dilatano. Quelle che sono più aren-devoli; tali appunto sono le budelle, lo stomaco, la vesica, e sovra ogn'altra cosa l'utero; ristrette che siano conti-

D novano

(a) De Part. Cæsar. sect. 4. cap. 2.

(b) Lib. 2. de Part. hum. cap. 27.

gnitudinem adolevisse. Enimvero si primum loci capacitatem considero: ea est angustissima: Si alimentorum vim; tenuissima: si exeundi facultatem; difficilima. Quæ adeo aperta sunt, adeo manifesta, ut nihil supra.

XXI. Ecquem porro aut Ovariorum angustia, quæ columbæ ovis æqualia paulo tamen humiliora sunt; aut eorumdem tunicarum durities latet. Aut simplex Ovariorum membrana sit, aut multiplex, quemadmodum in oculi cornea, cum non ægre eam ego in plures tenuiores membranas, aut mavis lamellas dividerim, quod nostris facile demonstravi; non modo crassa est verum etiam explicatu multo difficilima, ut in ovario anferis ovo æquali extentam quidem paulum membranam viderim; sed multo maxima illius pars vastissimæ vesicæ perlucido tenuique humore plenæ, quo vehementer diducta ea pars fuerat, tunica tantummodo circumdabatur. Id autem veritati consentire argumento esse puto quantum intersit membra explicatu facilima, quæque aliter se habent. Quæ enim facile laxantur, ubi in contractionem venerint, laxa, mollia, ac lævia manent; velut in ventriculo, intestinis, urinæ vesica, & præsertim utero animadvertere est. Contra autem ovaria, lævia quidem, mollia, ac pleniora in integræ ætate; in provecta vero, dum scilicet reliquæ memoratæ partes ejusdem atque antea habitudinis sunt, ac præ ceteris uterus una paululum magnitudine excepta; non modo contrahuntur, verum durantur etiam, atque singularis duritiei argumento, vehementer crispantur. Quispiam hic vastæ supra memoratæ molæ magnitudinem obijciat? Ecquid: Num hic fœtus an mola? Num partus, an morbus? Num novem mensium, an triginta annorum opus, unde mortis tandem origo in matrem sævissime permanavit.

XXII. Nos etiam o varia vidimus 1722. 6. Septembris mirum in modum diducta, & præ ceteris tantum videre memini, ut vel duodecim partibus uterum superaret: cujus

novano ad esser molli, liscie, e pieghevoli: Ma l'ovaje liscie, molli, e gonfie nelle giovani; nelle vecchie poi, in cui l'altre parti summentovate, e l'utero stesso fuorchè impiccolito alquanto, continovano ad esser tali, quali esser elle no dicemmo; non solamente rimpiccoliscono, ma s'indurano, ma s'aggrinzano in pruova della loro resistenza. Mi si opporrà forse la Mola riferita di sopra; ed io soggiungerolli, esser quella stata una Mola, non un feto; una malattia, non un parto; un lavoro non di nove mesi, ma di trent'anni; la morte finalmente di quella Signora.

XXII. Vidi anch'io alcuna volta dell'Ovaje di molto aggrandite; ed una ne vidi fra l'altre per lo meno dodeci volte maggiore dell'utero, il di cui ingrandimento era succeduto da una sfoggiata enfiaggione d'alcuni corpi ritondi poco varj, e nella grandezza, e nel colorito da torli d'uovo; essendo però la loro contenuta materia un poco più densa, e di mal odore. Ma che hà che far questo con la capacità del sito, che ricercasi, perche v'abbia potuto capire con tutte le sue membrane, ed entrovi ancora l'acque la nostra bambina. E poi queste sfoggiate dilatazzioni sempre mai dolorose sono, e chi non losa, opera di molti, e molti anni. Da questa verità, che tale appunto mi sembra, dedur debbesi l'altra qual legittima conseguenza; cioè, che neppur siavi la copia dell'alimento: perocchè non derivandosi questo d'altronde, che dal numero e dall'ampiezza de' vasi; come mai potran questi essere e molti, e molto capaci, ove angusto sia il sito, e difficile ad istendersi la parte.

XXIII. Quanto poi alla facilità dell'uscita. Evvi ancora chi non intende, come a traverso di quella ben densa tonaca, che copre d'intorno l'ovaja, scappi non sol maturo ma fecondato anche l'uovo; quando pur dopo l'uscita veggasi chiaramente anche in capo ad un anno quel piccolo forelino, cui piccola cicatrice gli Anatomici appellan.

cujus magnitudinem creaverant nonnulla globosa corpora, quam maxime ducta, non valde ab ovorum vitellis diffimilia colore, forma, & magnitudine: horum tamen natura densior paulo, & fedi erat odoris. Sed quid hæc ad tantam eam capacitatem, quam maturus prope fœtus, tanta contentorum humorum vis, nec exigua placentæ membranarumque moles postulat. Enormes præterea partium magnitudines nunquam dolore vacant, nisi si longinqui temporis spatio explicentur. Ex hoc consequens alterum est; nec parem etiam suppetere vim alimenti: cum etenim hujus fons omnis & origo a sanguinis vasorum numero, & amplitudine petenda sit. Qui & numero plura & magnitudine paria non esse modo, sed ne concipi quidem possunt; ubi maxima locorum angustia, minima membranarum laxitas utrumque impediunt.

XXIII. Quod autem ad exitus facilitatem pertinet: etiamnum ex iis sunt, qui vix intelligant, per crassam eam valdeque renitentem membranam undique ovario circumductam maturitate atque fecunditate concitatum ovulum posse vel tenuissimum erumpere; tametsi exacto etiam anno illud per quod eruperit, maneat adhuc foraminulum, quod cicatriculam Anatomici appellant. Qua itaque ratione possumus animo complecti in tanta locorum angustia, alimenti inopia, exitusque summa difficultate tantæ magnitudinis fœtum, & satis explicari, & commodeadolescere, & perfici tandem potuisse, quin aut arcta locorum septa, aut multa alimenti caritas sive formæ quicquam, sive magnitudini nocuerit.

XXIV. Sin ad hæc omnia adjicere præterea licet non modo exitus difficultatem, & periculum, sed certam interitus necessitatem; absoluta quæstio videretur. Cum mihi occurrerint iterum atque tertio incidendæ mulieres sævissimis circa uterum cruciatibus confectæ, in quarum una atque altera exiguum sane in ovarii aneurisma laniatum comperi; in tantia vero integra ætate virgine di-

scissam.

pellan. Come dunque potrassi in tale angustia di sito, in tal scarsezza di vasi, in tal difficoltà d'uscita concepir un corpo di tanta mole, che potè a bell'aggio, e crescere e perfezionarse, senza che scorgasi alcun pregiudicio o dall'angustia del sito, o dalla penuria dell'alimento recato, o alla figura, o alla grandezza del feto.

XXIV. Se poi piaceffe d'aggiungervi alla difficoltà dell'uscita non dirò soltanto il pericolo, quanto la certezza della perdita della madre, sembrerebbe terminata la cosa: essendomi incontrato di tagliar delle femmine mancate con atrocissimi spasimi all'intorno dell'utero, ed in due ritrovarvi un piccolissimo aneurisma rotto nell'ovaja; nella terza che era una Donzella, una quasi direi squarciatura delle membrane della stessa ovaja rialzata ed istesa da un ben grande, e maturo corpo luteo: Origine non conosciuta, s'io mal non m'appongo, di que' molti malori, cui va d'ordinario soggetta la più fresca età di quel sesso.

XXV. Dunque sarà forse meno improbabile, che uscito dall'ovaja l'uovo ed entratovi nella Tromba o piuttosto dalla Tromba ricevuto, per alcune delle molte ragioni, che addur si possono, siasi in quella incagliato, poscia avviticchiato, indi accresciuto fin, a che perfezionato il lavoro nel numero, nella figura, nella grandezza delle membra, abbia il feto co' suoi frequenti contorcimenti, oppur per altra ragione, che qualunque ella si sia, qui stabilir non m'aggrada; tentata l'uscita, oppure distesa più del dovere dalla mole, od aggravata dal peso siasi fin fine aperta la Tromba, e caduto fuori del suo benche stravagante grembo nell'addomine il feto; ove poi staccato qual tralcio dalla pianta, o qual frutto dal ramo, non trovando più umore, che l'annaffj, o a parlar proprio, non alimentato più dalla seconda, o sveltasi da quel suo senno, e inariditasi dopo la squarciatura del medemo, abbia dovuto perirsene?

D 2 XXVI.

scissam pene ovarii membranam, quam vehementissimo ingens atque maturum subiectum corpus luteum diduxerat. Unde mea quidem sententia frequens atque minus, hoc quidem nomine, cognitum morbi genus, quo habitiores foeminae misere affliguntur, deduci non temere opinor.

XLIII. Se dunque la cosa è così, come ragion vuole, ch' ella sia. Se sarà, come non deve altramente, attaccato l'uovo al mesenterio per lo meno, ed agl' intestini, e gl' intestini che sonli d'intorno, saran pure fra loro attaccati come dicemmo, e come avvenir necessariamente deve, avendo, non ha molto, osservata una simil cosa. Chi ne dubita non poter in veruna maniera uscire da quella siepe il feto, s' egli prima la siepe stessa non scioglie, cioè, che gl' intestini medesimi, da cui era circondato, non divida, ed in certa maniera non laceri le frà loro da molti mesi appiccate tonache. Chi è quegli però ch' abbia un qualche Saggio di Notomia, e non intenda quanti siano i nervi nel mesenterio, quanti negl' intestini, e quanto per conseguenza squisito sia il senso di quelle parti; ond'io non so maravigliarmi, che alla sola divisione degl' intestini, sianfi pruovati atrocissimi i dolori, le convulsioni, e molto più i vomiti, i dolori di capo, le febbri e quel tutto, che ed allora, e poscia n'è succeduto.

XLIV. V'è forse poca differenza tra la divisione degl' intestini, e la lacerazione o delle Trombe o dell' ovaje? In quelli si dividono le pareti, che prima n'erano divise, e non si lacerano, che sottilissimi vasellini posti fra la superficie di quelle connesse parti. Ma in queste, cioè nelle Trombe,

rentia intestina inter se se, ut diximus, atque rei natura ferre necessario debet; cujus rei cum novissime, tum non jam pridem tale aliquid comperi; complexa fuerint & colligata: facilius intelligetur fœtum ex eo septo omnino prodire non posse, quominus sepem claustrumque aut prorsus, aut plurimum dissolvatur; intestina videlicet, quibus complectebatur, dirimat, atq; diducat, & quodammodo interjectas inhærentium membranarum fibras laceret atque disrumpat. Ecquis porro vel anatomem summis, ut dicitur labijs degustaverit, qui quam multos mesenterij adeoque quam multos intestinorum neros, atq; ex ijs acerrimum derivatum sensum non intelligat, quapropter nullus est mihi admirationi locus, sævissimis cruciatibus, distentionibus, vomitibus, capitis doloribus, febribus ceterisque supra relatis & sub ipsa intestinorum laceratione, & impofterum misere mulierem illam affectam fuisse.

XLIV. Etenim quantulum interest diremptas intestinorum tunicas, & dilaniatos aut tubarum, aut Ovariorum parietes? In ijs discretæ antea partes diducuntur, nec nisi tenuissima fibrarum vasculorumque interiecta stamina lacerantur: In his autem, tubis nimirum & Ovarijs, & membranæ & membranarum vasa quæque dilaniantur. Hinc ex diductis dumtaxat tenuissimis intestinorum nexarumque partium vasculis, dolores quidem ac cruciatus oriuntur vehementissimi, verumtamen vix ullo manente sanguine. At quanta ex discerptis dilaniatisque aut tubis, aut Ovarijs sanguinis profusio! hinc ex altero vix ulla occumbit, ex altero vix ulla superest.

XLV. Ut autem non modo id percipiatur, quod ad primam nostræ orationis partem pertinebat, ubi videlicet partus hic adoleverit, quod satis superque explicatum cenfeo; verum etiam illud, quod ad alteram spectat, quo nimirum evaserit, mecum animum advertite. Impari profecto sepe illa intestinorum ceterorumque viscerum, fictoque ex multis non affabre arteque coagmentatis par-

tibus

be, o nell' ovaje si squarciano a traverso e le membrane, e i vasi d'ogni sorta, d'ogni grandezza: donde ne siegue, poiche aperti sol tanto i piccoli vasellini degl'intestini, non si facciano che spasimi e dolori, e non si gettino spesso che poche stille di sangue; ma nelle Trombe, ed ovaje squarciate le bocche de' vasi ne gettino di quello a rivoli, e da ciò n'addiviene, che da quello appena alcuna ne manchi, da questo tutte ne muovano.

XLV. Ma perche intendasi ciò, che resta da spiegarsi, non tanto intorno il primo punto, ove questa bambinella, o questo feto siasi accresciuto, che già sponemmo; ma del secondo, cioè indi dove sia andato: meco si rifletta, che mal reggendo quella siepe, o quel posticcio invoglio fatto di molti pezzi debolmente fra lor commessi, che non ha certamente che fare con la soda divinamente tessuta fabbrica dell' utero, scosso tratto tratto dagli urti, oppur diviso dal peso, siasi con lo scommettersi dei pezzi, squarciato l'invoglio, o il seno, ove giaceane; ne più sostenuto il feto dal debil ritegno delle proprie membrane, siane colà caduto, dove il peso, il pendio, o la vicinanza il conduceva. Ne crederei, che d'altronde nati fossero, o i dolori de' lombi, ogli altri travagli, che di tempo in tempo la molestavano prima degli sforzi del Maggio, che dall'allargarsi, e sciogersi appoco appoco, che facevano le parti componenti l'invoglio di quel feto. Conciosiache or questa, or quella parte, ed or con men di forza, ed or con più di violenza, per i gagliardi scuotimenti del feto, di che se ne dolea gravemente la madre, oppur anche per il peso staccandosi e dividendosi, non si potea di meno, che or continovi, ed or interrotti, ora lievi, ed ora gravi, e finalmente atroci molto non si facessero sentire i dolori, accompagnati da que' sforzamenti, cui giammai non pruovè ella dopo il Maggio, allora appunto, quando credi-

F

io,

tibus nostri foetus involucro, cujus sane nihil est ad solidum illud, atque divinum Uteri opus; tum crebris foetus agitationibus diducto, tum discretis disiectisque partibus pondere divulso, atque adeo sinu, quo foras, altusque complectabatur, non satis una tenuium membranarum vi fultus atque sustentatus, eo tandem corruerit foetus, quo pondus, loci vicinia, declivitas facile ducebant. Eum autem tum lumborum dolorem, tum laborum subinde laceffentium diuturnitatem, quæ præsertim Majum præcefferat, aliunde profectam non video, quam a discretis diductisque paulatim partibus ijs, quibus foetus involucrum compingebatur. Cum autem modo hæc, modo illa, lenius modo, modo gravius, aut agitato vehementer partu, de quo quidem non modice mater conquerebatur, aut premente pondere pars divelleretur, non potuit, quin & diuturnos, & ex intervallo sollicitantes, atque modo leniores, modo graviores, eos tandem vehementiores magnis quidem conatibus copulatos, quos postea nunquam subijisse retulit, dissoluto autem profusus, aut plurimum involucro, quod Maji contigisse judico, labores pareret. Tantis quippe conatibus atque laboribus diductis discretisque partibus involucrum compingentibus, cum unæ tenuesque partus membranæ tantam vim, tantumque pondus sustentare non possent; iis tandem disruptis erupisse dicendum est.

XLVI. Qui itaque, quæret quispiam, diducto jam disruptoque intestinorum ceterarumque partium involucro, eruptoque illac foetu, tandiu etiam subinde tantisque laboribus ad Julium usque, postremoque vehementissimis mater afflictabatur. Cui equidem ego; Quidni tandiu, tamque vehementer afflictaretur mater, cui nuper dilaniata pene viscera essent, cujus alvo multa vis humorum contineretur, quæque conderet partum, aut motu, aut positu, aut locorum angustia maxime incommodum, ac nisi ingenti partium vi, maximaque laceratione eximendum. Sed quamvis singula hæc ve-

ra

io, o del tutto, od in gran parte sfasciassi l'invoglio. Al tormento dunque di tanti sforzi, di tanti spasmi scostatesi quelle parti, che facevano siepe, e trincea al feto, non potendo le sole e sottili di lui membrane più sostenere un peso sì grave, laceratesi finalmente anch'esse, l'abbandonarono, e cadde.

XLVI. Perché dunque domanderà tal uno, squarciati nel Maggio gl'invogli, ed uscitone per quella bocca il feto; non solo di tratto in tratto si feceron sentir gravi i dolori, e tutto ciò che n'era di lor compagnia; ma più che in ogn'altro tempo, furon nel Luglio atrocissimi? Cui dovrebbe risponderfi. E perché non dovea soggiacer a gravi travagli quella madre, a cui da fresco erano per dir così state lacerate le viscere, nel di cui ventre allagava copia grande d'umori, e che finalmente racchiudeva fuor del suo seno un parto, o per il moto, o per la situazione, per l'angustia del luogo sommamente incomodo, che non potea di là uscirne, senza lacerarne le parti. Ma benché tutto questo sia vero, io lo tralascio; come poi tralasciar non debbo, non essersi immantenente, e le membrane, e la placenta staccate dal loro seno, dopo che uscine il feto: ne aver dovuto spirar il feto, tosto che sprigionato fu dagl'invogli. Il quale se sopravvisse alcun tempo, contro di che non veggio evidenza di ragioni, o con frequenti, od anche con leggierissimi movimenti irritando di tratto in tratto quelle parti piagate; perché non avrà potuto di bel nuovo risvegliare i spasmi, le convulsioni, ed i vomiti? S'egli poi avesse potuto scuoter in qualche maniera la placenta attaccata a parti delicatissime, e sensitivissime; perché non avrebbe potuto recar gli stessi travagli? Ben intendendo ogni Allievo di medicina, quanto s'accrescano i dolori delle Reni, degl'intestini, e degli articoli, non che al scuotersi del corpo, ma al solo

solo

ra sunt, prætermittantur. Prætermittere tamen non queo, simulatque foetus ex suo inauspicato gremio eruperit, non protinus secretas ab suo sinu etiam membranas, evulsamque placentam fuisse: neque ubi e suis sedibus partus erupit, continuo etiam animam amisisse. Qui si superstes manserit, quod cur vehementer repugnet, non video; aut crebris pulsibus, aut levissimis etiam agitationibus identidem fauciatas eas partes sollicitando, quidni & cruciatus, & nervorum distentiones, & vomitus de integro excitaret; si vellere placentam potuisset molissimis atque acerrimi sensus partibus herentem; quidni eosdem omnes omnino labores creavisset. Neminem enim, vel levissime rebus nostris imbutum latet, quanta dolorum vis, aut ex renibus, aut ex intestinis laborantem, aut ex articulis etiam, adoriatur, si nedum corpus, sed cubiculum etiam lenissime concutiat. Hæc tamen omnia ultro prætereo, unum dumtaxat animadverto, arcte inhaerentem placentam tum mesenterio, ac peritoneo; tum si minus alteri parti, at certe intestinis, nisi ægre dumtaxat, lenteque non potuisse inde divelli.

XLVII. Etenim decedit ex utero placentam, vel quod eam interdum manus obstetricis dirimat, vel quod uterus excluso partu, quippe qui cavus musculus est, se se contrahens atque constringens eam diducat, elidatque; vel quod diutius manens putrescat, ac per se ipsa decidat, suoque pondere divellatur. Cum nihil autem omnino intercesserit, quo adeo vehementer velleretur; neque in tenuissimis intestinorum membranulis ea vis fuerit quemadmodum in utero, cur valide contractæ eam derepente depulerint; tantummodo restat, ut aut lente quidem vel pondere, vel agitatione ab iis nervorum tenuitatibus, non sine magno cruciatu depulsa, aut temporis diuturnitate corruptove laxatove fibrillarum nexu pariter delaberetur, ac eodem vitio sollicitata intestina misere torquerentur. Hinc tanta diuturnitatis ratio apparet, ac ve-

hemem

solo solo leggier tremito della stanza. Ma anche questo spontaneamente si trapassi; una sol cosa però si consideri, che le membrane, e la placenta attaccate certamente con molto di forza al mesenterio, peritoneo, o per lo meno agl' intestini, non si possa, se non con molto di stento, e di tempo da quelle parti sbarbicarsi.

XLVII. Staccasi dall' utero la placenta, o perche la mano della Levatrice alcuna volta la sbarbichi, o perche l' utero, com' egli è un vero, e forte muscolo cavo, si stringe, uscitone il feto, e' si rannicchia, la divide, e la getta; o perche questa lungamente intrattenuta si guasta, e da per se si divide, e col suo peso si stacca. Non essendovi stato luogo nel nostro caso per la Levatrice; ne essendovi nelle sottili membranuzze degl' intestini quella forza di raggricchiarsi, ch' evi nell' utero, onde possano tutta ad un tratto cacciarnela; altro non vi resta se non che, o passo passo pel peso, o pel moto, ne certamente senza spasimi per l'isquisitissimo senso di quelle parti spiccata, o per la lunghezza del tempo guasta, e guasto altresì il legame di que' sottilissimi nervi, alla fin fine vi cadesse, e ne fossero in tal divisione crudelmente tormentati gl' intestini. E questa, s' io non traveggo, e la sorgente di tanta lunghezza, e dei spasimi atrocissimi del Luglio, in cui è da crederci, che già in parte infradiciata, sia stata poi dal rannicchiamento gagliardo degl' intestini gittata, o staccata già in gran parte, o dal peso, da qualunque siasi forza, spiccata affatto. Ne perche i dolori del Luglio furono degli altri tutti i maggiori, perciò debbe dirsi, uscito allora solo il feto; conciossiache ne i dolori del parto, a detta d'alcune sagge femmine, sono degli altri tutti i maggiori; ne le ferite di fresco sono più d'ogn' altra dolorosissime.

XLVIII. Il sangue poi che allora scappò dall' utero, ed il latte, che scap-

hementissimorum quūtilis cruciatuum, sub quibus, aut validiore intestinorum contractione prius laxatam, depulſam fuiſſe, aut plurima jam parte diſcretam atque ſolutam, aut pondere, aut vi quāpiam omnino divulſam credibile ſit. Neque quod ceterorum omnium vehementiſſimi quūtilis cruciatus fuere; idcirco tum ſœtum dumtaxat erupuiſſe, continuo dicendum eſt: ſiquidem neque pariendi dolores, ut mulierum teſtimonio ſæpe cognovimus, ſunt omnium maximi, neque recentia vulnera ſunt omnium atrociſſima.

XLVIII. Sanguis præterea ex utero, atque lac tum temporis ex mammis effluens ſatis ſuperque oſtendere videntur mutatum aut humorum motum, aut eorundem modum, ſiquidem ob diſrupta vaſa intercluſo, aut ob nimium preſſa impedito conſueto gravidarum ſanguinis itinere, alio eum concedere neceſſe eſt; hinc non ægre ob loci viciniam, ob preſſum, atque fortaiſſis etiam ob nexum egredi ex utero intelligatur. Multo autem difficilius perceptu eſt, non in hac modo, ſed in ceteris etiam graviditatibus redundantem a divulſo ſœtu, & placenta ſanguinem non ad ceteras innumeras pene corporis glandulas pro rata cuiuſque portione dividendum; ſed reliquum omnem in unas mammas ineffabilis, ac plane divini operis argumento forma idoneas, ſitu decoras, tanto denique muneri undique aptas, eo poſſiſſimum, quāmaxime opportuno tempore, in aptiſſimum atque jucundiſſimum alimentum, quod paulo ante nati ſine magiſtro, duce natura appetimus, in lac nimirum convertendum conferri.

XLIX. Jam videorea abſoluiſſe, quæ cum ad primam, tum ad alteram noſtræ orationis partem pertinebant: demonſtrato ſcilicet, quoad potui, non e tuba quidem, aut ex Ovario, ſed ex ficto inteſtinorum adjunctarumque partium involucri, huiuſce partus exitu, quem idcirco prono capite in pelvim decidiſſe puto, propterea quod primum illud ex inteſtino exceſſiſſe vidimus, neque arctiſſi-

pò dalle poppe, feron conoſcer ad evidenza mutata o la direzione, o la copia degli umori; perocche interrotto il cammino, che il ſangue faceva nelle gravide, o per i vaſi lacerati, od impedito perche riturati, deve quegli certamente altrove portarſi: non è pertanto difficile l'intendere o per la vicinanza del luogo, o per la preſſione, o forſ' anche per l'attacco allo ſteſſo utero, che da queſti quegli ſe n'e ſca. Ma all'incontrario è ſpinofiſſimo il penetrar la cagione, per cui non ſolo in queſta, ma in ogn'altra gravidezza il ſangue, che ſopravanza, uſcitone il feto dall' utero, e ſtaccate con eſſo lui le membrane, che l'invoglievano, non ſi ſparga a proporzione all' infinite gbianduzze di tutto il corpo; ma con una pruova indubitata della Divina inefſabile Provvidenza, tutto alle poppe ſi porti, adatte per la figura, convenevoli per la ſituazione, e ad un uſo sì neceſſario mirabilmente accomodate, per cangiarſi poi in un tempo ſomma-mente opportuno, in un alimento altrettanto proprio, quanto ſuave, cui di freſco nati, non con altro inſegnamento, che di natura, andiam cercan-do.

XLIX. Ed ecco ſo diſatto l'impegno sì del primo, che del ſecondo punto; eſſendoſi procurato di far conoſcere uſcita queſta bambina, più che da ogn'al- tro luogo, dal invoglio che formavan- le con l'altre parti principalmente gl' inteſtini, e calata col capo al fondo della pelvi, perche vedemmo uſcirne da colà primo il capo, non potendo colaggiù o cangiar luogo, o cangiar ſituazione ciò, ch'è diſceſo. Reſta dunque per compiere l'opera, che dell' ultima parte io ne favelli, cioè; per dove dall' addomine, e come quel feto uſcito ne ſia. Sembra a prima giunta, che a ciò pienamente baſtaſſe, come baſtar dovrebbe, la ſola Iſtoria: ma le molte e ſtravaganti coſe, che ſono accadute prima dell' ultima uſcita, ſembrano di meritar giuſtamente una qual- che

mis ijs in locis alio, aliterque converti il-
lapfa corpora credibile est. Jam vero u-
num est reliquum, ut nimirum qua via,
quaue opera ex abdomine excefferit. Pau-
cis id sane expediendum videretur, ut
pote quod una atque simplex narra-
tio absolveret. Verum quæ ante exces-
sum multa, atque insolentia intervenie-
re, nonnullam sibi jare quodam ani-
madversionem vindicare videntur, qua
quidpiam luminis afferatur. At ne de
singulis dicam, ex quibus nonnulla per
se ipsa aperta sunt, nonnulla ad unum
hunc locum non pertinent: de ijs dum-
taxat verba faciam, quæ præcipuam sibi
animadversionem postulant.

L. Ac primum dicendum videretur,
an quicquam nocuerit, quave ex abdo-
mine effluerit ea aquarum vis, quas qui-
dem ad balnei potius commodam jucun-
ditatem, quam ad alimenti usum & ne-
cessitatem comparatas fuisse multæ con-
currunt opiniones; quarum pariter cum
sanguine lapsus, earum quidem ex mem-
brarum cavo, hujus autem ex vasorum
osculis, quæque profecto imi abdominis
viscera circumfluxerunt. Quamquam nec
plurimum ex tenuibus vasculis, neque om-
nis derepente sanguis effluxit, a quo ma-
jus impendere aut vitæ, aut sanitati pe-
riculum videbatur, quin aut digeri, aut
possit aquis penitus immisceri; tamen
non sine multa incommoditate rem hanc
traductam intelligo. Sin autem omnia
circum matris viscera non computruer-
int, aut ex partu sceletos non fuerit con-
fectum: neutrius tamen partes vehemen-
ti morbo, vitioque vacarunt. Undenam
matri vigilæ, capitis dolores, febres,
nauseæ, vomitus, macies denique, ac
tussis conflata sunt: Undenam cruciatus,
languores, distentiones nervorum, fre-
quens deijciendi cupiditas, atque conatus
subsequuta? Ab ea etiam humorum vi,
quæ ijs in locis conclusa, neque omni
vitio vacans, excruciendo, aut adjunctas
partes tentabat, aut diffitas vellebat.

LI. Neque veri simile est, ita illic a-
quas concludi, ut quo permanerent, o-
stium aliquod esset aperiendum: siquidem
quibus

che considerazione, onde se le rechi un
po di lume; ma per non parlar di cias-
cheduna, giacche una parte di queste
non abbisogna di lume, ed un'altra
non spetta unicamente a questo luogo;
dirò sol tanto alcuna cosa di quelle,
che richieggono una particolar conside-
razione.

L. E primieramente spiegar si dovreb-
be, qual pregiudizio recato abbiano, o
per dove uscite siano dall'addomine
quell'acque, che, v'è argomento ra-
gionevole non esser già state destinate
tanto ad uso d'alimento del feto,
quanto a comodo di bagno, cadute as-
sieme col sangue, quelle tutte ad un
tratto, come dicemmo, dalle membra-
ne, questi da vasellini, e che allaga-
rono senza dubbio le basse viscere dell'
addomine; convien però prima inten-
dere, che il sangue benchè ne molto,
ne tutto ad un tratto, ne largamente
uscisse da que' piccioli vasellini, e dile-
guar si potesse, eppur meschiarsi coll'
acque senza che o alla sanitade, o al-
la vita sovrastar vi potesse maggior pe-
ricolo, non esser però passata la cosa
senza un grave pregiudizio. Che se o
non si guastarono le parti tutte vicine
della madre o non si fe un carcame
del feto: ne quella però fù senza gra-
vissimi incomodi, ne questi senza alcu-
ne delle sue parti guaste, e corrotte.
E donde furono cagionate alla madre
le veglie, i dolori di capo, le febbri,
le nausee, i vomiti, la macilenza, la
tosse: donde i spasimi, i svenimenti, i
sforzamenti, se non da ciò, che rac-
colto e guasto feriva le parti più vi-
cine, e traevano in consenso le più ri-
mote.

LI. Non credasi però, che impallu-
dassero in guisa quell'acque, sicche
vi abbisognasse un qualche foro dell'
Arte, perche n'uscissero: Imperocche
le tonache del nostro corpo non sono
mica come il vetro, o il metallo impe-
netrabili; ma rare e spugnose inzip-
parsi ben elleno appoco, appoco di que-
gli umori, che d'intorno v'allagano.
E chē

quibus compingimur, non aut metalli cuiusdam, aut vitri instar, impervias esse membranas, existimo; sed illius raritatis, & quasi spongiis assimilis molli- tudinis, ut paulatim quidem, penitus tamen circumfluente latice madeant. Et quisquam dubitabit ultro, citroque per animantium corpus trajici sive extrinsecus irrorantes, sive intrinsecus fluentes humores, præter certa ea foraminula, per quæ aut constitutum genus humo- rum faccari, aut digeri, aut dissipari cer- tum est. Iterum ac sæpius vidimus, cre- broque id ipsum ostendimus, densiores scilicet tunicas non modo penitus ma- defactas, sed per eas intro trajectos hu- mores subijisse. Vidimus præterea a mul- ta cordis vi conclusum in pericardio ex- pressum humorem tenuiorem quidem, sed sanguinis naturam referentem. In in- flammationibus autem non semel dum- taxat, iterumque densiorem, crassiorem- que expressum humorem, non modo ex corde, & pulmonibus animadvertimus, quarum fortasse partium vis nimia ac pressus causari non temere posset; sed et- iam in iisdem Jecoris ac intestinorum in- flammationibus, ut nuper Nostris ma- gnum hujusmodi humoris modum osten- dimus.

LII. Itaque si adeo arduum non est, per corpus commiscere humores, cum ali- quando hydropes sanati fuerint, qui- bus tamen altum magni cuiuspiam vi- fceris vitium fons non extiterit; Ex quo intelligi cum eam aquarum vim, tum sanguinis plurimum absorpta pe- nitus fuisse, ab eo præsertim viscerum habitu, quæ & ex febrium diuturnita- te, & ex gravitate dolorum, & ex affi- duitate vigiliarum, inedia denique, ac vomitibus confecta innaruerant, sane mihi mirum non est: quemadmodum ne instuc quidem mirum videtur, par- tum scilicet hunc prorsus non fuisse cor- ruptum: Id quippe magis est obnoxium putredini, quod aut humores magis, aut aer circumfluunt; eum autem sive ex proclivitate loci, sive ob majorem vim ponderis in unum abdominis, quod

ut

E chi non intende uscìrvi ed entrarvi a traverso del nostro corpo o gli umo- ri, che vi scorron per entro, o l'acque che lo bagnan al di fuori, ne v'essere le sole strade maestre delle boccuzze de scolatoj, per cui facciasì solamente questo passaggio. Quante volte vidi, e quante pure osservar ne feci inzul- parsi ben largamente le tonache più dense, e penetrarvi al di dentro l'u- more, in cui s'immergevano. Vidi pur non di rado raccolto nel pericardio un umore sanguigno, spremuto a traverso delle tonache dalla violenza del Cuore. Osservai nelle infiammaggioni tra- pelare un denso e torbido umore non solo dal Cuore e Polmoni, dove potreb- be dirsi, esservi una forza troppo gran- de, che ve lo sprema; ma altresì dal Fegato, ed Intestini, come non ha che pochi giorni, fecimo in gran copia vedere raccolto nell'addomine.

LII. Se dunque non è cosa così ma- lagevole, che passino o ripassino a tra- verso del nostro corpo gli umori, veg- gendosi alcune volte sanarsi l'Idropi- sie, cui però un scirro di qualche vi- scera non serva di sorgente; perche poi e quell'acque, e buona parte di quel sangue, non avran potuto inzupparsi da quelle stesse viscere riarise dalle lun- ghe febbri, dai forti dolori, dalle ve- glie, dalle astinenze, dai vomiti: Io di ciò punto non mi maraviglio; come pure non mi maraviglio, che per la stessa cagione non siasi del tutto guasta- to il feto: mentre quella parte più dell'altre è soggetta alla corruzione, che è più o bagnata dagli umori, o battu- ta dall'aria: ed essendo quel feto e per ragione del peso, e per il declive del sito calato, come si disse, in quel- la più bassa cavità dell'addomine; che già pelvi dicemmo; dove scola ogni cosa, che al di sopra si vaglia: quel- la più che l'altre s'è infracidata, che se non tocca dall'aria è stata più bagnata dagli umori; e perche o per il peso, o per il sito, più ch'ogn'altra parte, discender- doveva il capo; quello appunto in que-

fa

ut retuli, pelvis nominatur, provolutus fuerit foetus, quo quidquid desuper collatur, destillat; ea prae ceteris pars magis putruit, quam si minus aer, at certe humores usque pulsabant. Porro, propterea quod unum erat aut pondere gravius, aut lapsui commodius caput, istuc illo delapsum est, ac inter uterum, atque adeo inter vaginam & rectum intestinum coniectum, id omne, ut pote in ima sede locatum, absorpsit, quod eo defluebat. Cum vero & dorso adjungeretur, & capite recto inniteretur intestino, id circo ex ea parte circumdatum ab eodem recto intestino praeter modum ciborum subsistentibus reliquiis diducto, sic magis fuit ibidem corruptum, ut in omnem longitudinem dorsi spina nudata, & calvariae dissoluta ossa fuerint.

LIII. Idonea hic dicendi opportunitas est, de uno atque altero, quod postrema graviditate non sine ratione incidisse, tamen mirum, visum est. Atque ex his unum erat, quod identidem mulier, atque noctu potissimum, sevisimo afficiebatur dolore, quasi asseris inter ossa sacrum, & pectinis vehementer coniecti, cujus causa tum dimoveri omnino non poterat, animo pene linquens. Alterum autem, quod singularis ea alvi segnities, quae in annum & ultra manserat, tum omnino cessavisset, cum maxime invalidura videretur. Quamquam opinor gravissimas ceteroquin gravidarum mulierum incommoditates purissimi feruum sanguinis, quem sibi matres eliciunt, beneficijs quadantenus compensari; non is tamen sum, qui censeam, quidquid illud commodi sit, tantum valuisse, quo etiam, atque etiam invalescentes intestinorum fibrae, id depellere potuerint, quod multo jam diu incumbente pondere coercebatur. Sed quod vero proprius est, existimo, mulierem hanc, cujus uterus nova graviditate tumens, atque undique explicatus, si minus potuerit foetum attollere, ut e pelvi evaderet, at certe contra os sacrum urgendo, eum sic sustulerit, quo minus tota corporis vi, sed capitis dumtaxat, rectum intestinum onerante, sic facilius multo im-

minuti

sta pelvi è disceso, e colà tra l'utero, anzi tra la vagina ed il retto intestino impegnatosi inzuppò, come la più bassa parte, gli umori, che dall'alto scollavano. E perche appoggiavasi col capo, e guardava col dosso il retto intestino, perciò da quella parte circondato dall'intestino medesimo gonfio a dismisura dalle fecce trattenutevi, più che in ogn'altra parte, in quella s'infracidò, onde si sciolsero l'ossa del cranio, e si scoprirono le spine tutte del dosso.

LIII. Qui appunto cade in acconcio lo spiegare le due cose che succedessero non senza ragione, e maraviglia nell'ultima gravidanza. L'una fù, che di tratto in tratto, e ciò più che in ogn'altro tempo, nella notte pruovava un'acerbissimo dolore, per cui alcun poco rendevasi immobile, e poco meno sveniva; parendole d'avere quasi una tavola fita tra l'osse sacro ed il pettignone. L'altra poi fù, che l'ostinata stitichezza del ventre, che durolle per più d'un anno, fosse poi appunto in tutto quel tempo, in cui pareva ch'ella dovesse farsi più contumace, cessata affatto. Avvegna che io creda, contraccambiarsi in alcuna parte gl'incomodi delle donne gravide dagli avvantaggi, che esse ne traggono dal sangue purissimo de' loro feti: non son però di parere, che ciò solo abbia bastato a darti tal lena alla madre, per cui mezzo avvalorate le fibre dell'intestino, abbiano potuto spingere ad onta del peso, che sovrastavale, fuori le fecce; ma sembrami più ragionevole il credere, che fattosi per la nuova concezione gonfio l'utero, e dilatatosi per ogni banda, abbia potuto se non sollevare il feto, sicche questi dalla pelvi ne uscisse; almeno spingendolo incontra l'osse sacro, l'abbia sospeso di modo, che non premendo più insull'intestino tutto il corpo, ma di questi il capo solo, siasi in tal guisa reso capace di superar più agevolmente di un cotal solo peso la resistenza.

LIV. Se questa ancora ad un qualche sottil ingegno sembrasse una troppo

grossa

minuti ponderis momentum superavisse.

LIV. Si cui tamen exquisito nimis ingenio hebes id responsum videretur, post me satis illi facturum curabo, quam acuti illius doloris inter sacrum & pectinis ossa hærentis rationem paucis dederò. Confecto diuturna in abdomine mora macie partu, atque eminentibus extremis prioribus costarum partibus, quibus utero innitebatur; ex posteriore autem parte acutis itidem eminentibus, ac nudatis spinæ regione ossis sacri, quod in matre erat, tenuitatibus: quis non novit, cubante resupinata muliere, fieri omnino non posse, quin præ incluso conceptu tumens & gravis uterus, extremas eas costarum partes apprimens, acutas pariter dorsifpinas contra os sacrum, aut ex interiore parte adjuncta sacro velamenta impellat, & urgeat; unde & acuti illius doloris ratio luculentissima apparet, & quæ mobrem quasi conjectum ijs in locis asserem habere eidem videretur.

LV. Nunc, quem paulisper interpellavi, orationis ordinem proseguens, quod de fœtu reliquum est, conficere pergo; ubi ea, quibus obscura quasi caligo offusa erat, aperire, atque illustrare conabor. Propterea quod tam longo spatio partus hujus cadaver abdomine continebatur, quia putresceret sane non potuit; cum caloris ergo, quo quia prorsus exficari, sic ne servari quidem poterat; tum humoris etiam ex maternis visceribus destillantibus, quo primum paulatim laxari, tum vero lente dissolvi membra ceperant; atque ex his maxime caput; tum quod ob fœtus corporis inclinationem, quæ extrinsecus quaque intrinsecus, cum ex matris ventre, tum ex partus cadavere omnes omnino humores in caput hujus, quasi in sentinam delabebantur; tum etiam quod una est omnium mollißima, atque laxißima pars, cerebrum, quod non modo, ut reliqua, concludebatur, sed quasi circumfusus fœcibus coerceretur, ac comprimebatur vehementissime. Quapropter corruptis circumtegumentis, quod citiori erat, & majori corruptioni obnoxium, per dissolutum.

grossolana risposta, procurerò fors' anche di sodisfarlo, poichè spiegato n' abbia brevemente la cagione di quel acuto dolore, fitto tra l' osse sacro ed il pettignone. Smunto, e chi ne dubita, dal lungo soggiorno nell' addomine il feto, e formontandogli al dinanzi l' estreme parti delle costole, con cui appoggiavasi all' utero, ed al di dietro l' acute punte delle spine inverso l' osse sacro; chi non vede, che giacendo in sul dosso la femmina, e premendole in quel sito l' utero già grave sù le punte delle costole, e le spine sull' osse sacro, o ciò che all' osse sacro s' appoggia, esser quella stata la sola, e grande cagione di quel atroce dolore; rilevandosi pure, come con ragione parevale, d' aver tra quelle parti fitta quasi una tavola.

LV. Ora io vengo riprendendo il filo del discorso, che per poco intermisi, a terminar ciò, che mi resta intorno al feto, dove non poche cose spiegando, porrò in chiaro lume quel, che da folta nebbia sembrava avvolto. Giacente nell' addomine per un lungo corso di tempo il cadavero di quella bambinella dovea certamente infacidarsi, e per il calore, che non potendo iteramente dissecarlo, neppur preservarlo potea; e per l' umore che trapellando dalle viscere della madre, ed allentandone le parti andava lentamente ad isfasciarlo. Certamente però più ch' ogn'altra parte dovea esserne il capo. Sì perche per il pendio del corpo calavane alla testa per l' adentro, come vi scolavano per il di fuori gli umori tutti, quasi in una fogna, e dal ventre della madre, e dal piccolo cadavero del feto; sì perche fra le parti tutte del corpo non è la più frale del celabro, e questa pure non era solamente come l' altre racchiusa, ma premuta, ma torcchiata, direi, quasi fra le fecce. Onde sfasciandosi appoco appoco il capo, uscivane egli dalle ossa del cranio scommesse ed allargate guasto e spapolato. E quindi s' intenderà forse meglio, perche cessata sia nell' ultima gravidezza l' antica ostinazione del ventre.

Come

lutorum paulatim Calvariae ossium rimas putre liquatumque hac, atque illac perfluebat, recto autem intestino, cui quidem perperam recti nomen inditum est, quippe quod Sacri & Cocygis ossium cavo adjunctum, eorum itidem in modum flectitur, ac in imae eorumdem parte in arcus speciem figuratur; & innixio assidue foetus vertice, & eo denique, ut retulimus, delabentibus usque humoribus, duo intervenire necesse erat: Alterum quod dissolutum disiectoque in omnem pelvim, quod calvaria continebatur, cerebro, suspensioque sacrum inter, & uterum foetus corpore; sive capitis vertex ob disiecta calvariae ossa non amplius imam intestini partem contingeret, cui prope ad perpendicularum innitebatur, sive effuso cerebro, levius eidem incumberet, non æque pressum, atque antea intestinum, tum promptius multo, atque commodius poterat foeces depellere. Eliso post modum partu, atque utero detumescendo, demisso corpore jam diu suspensio, pressioque iterum vetusto pondere intestino, iter foecibus crassioribus rursus interceptum est, quo nisi me meus fallit animus, videor aperuisse, quamobrem postrema graviditate vetus illa atque pertinax alvi segnities cessaverit, eademque post abortionem reversa.

LVI. Alterum porro est, quod corrupto paulatim incumbente capite, & subjectum una intestinum non corruptum non potuerit, quo aut disiectis ossibus terrendo, aut fusa sanie exedendo, ostium fuerit deinde apertum, qua cum cerebri; istuc autem caput erat illi rei, quæ fluxus dicebatur; tum corruptarum ceterarum partium sordes, atque ichores identidem deducebantur. Ne cui tamen mirum sit, tantam in intestino patefieri fenestram potuisse, per quam tante fuerit magnitudinis partus traductus; aut præter ani lacerationem inde solidus felicissime exemptus. Intestini vero amplitudo tametsi ea non videtur, quam aut ingredi tanta moles posset, aut ani laxitas,

Come sul retto intestino, che Retto impropriamente s'appella, essendo questi attaccato a quelle ossa, che sacro e coeige si nomano, alla foggia pur d'esse si piega, e forma nella parte più bassa una piegatura quasi d'un arco, appoggiandosi continuamente il vertice della bambina, e scolando colà dal di sopra, come dicemmo, gli umori tutti; due cose attendersi doveano: L'una che uscito dal cranio il celabro, e sparso in tutta la pelvi, sospeso già il corpicciolo tra l'utero e il sacro, o non toccando più la bassa parte dell'intestino il vertice del capo per l'ossa scommesse, cui s'appoggiava quasi a perpendicolo, o perche più leggiero dopo l'uscita del celabro, non premendolo come prima, lasciava alle fecce la necessaria libertà per uscirne. Ed in vero sconsigliata poscia la femmina, e sgonfiatosi l'utero, cadendovi di nuovo non più sospeso il feto, e ripremendo con l'antico peso l'intestino, tagliata ne fù la strada alle fecce più grosse, e concio, s'io mal non veggio, parmi d'aver spiegato, perche nell'ultima gravidanza, siasi sospesa l'antica stitichezza, che appresso la sconsigliatura ritornò in campo.

LVI. L'altra poi, che passo passo guastò il capo, ed assieme col capo anche il soggetto intestino dovè guastarsi, perocchè o attritando l'ossa sciolte, o corrodendo il sanioso sparso umore, fecessi poi nell'intestino un apertura, per cui scolavano; e questa appunto era la vera origine di quella tormentosa scorrenza; appoco appoco e dal celabro, e dall'altre parti guastò le brutture. Ne vi sia chi si maravigli, perche in questo intestino s'abbia potuto aprire un foro sì grande, per cui uscito ne sia un parto di tanta grandezza, e senza punto lacerarne il forame, per dove uscirne. Se due cose ben ben si pesino; l'una all'intestino, l'altra spettante al forame; dell'una forse e dell'altra verremo a capo.

LVII. Osservammo già tempo, in prova di questo, in una fanciulla appena di sei anni per nome Maria Contarina

xitas, unde emergere: Si duo tamen sedulo advertantur, alterum ad intestinum pertinens, alterum ad anum; utriusque fortassis ratio facile assequetur.

LVII. Nos siquidem non jamdudum, 1727. 21. Jann. in puella nata annos vix magis sex nomine Maria Contarena Boas, cui a quadraginta circiter diebus pertinacissime alvus substiterat, quæ tenuia dicuntur intestina, amplissima, Colon autem, atque Rectum nullo facile vel maximo ex crassissimis bubulis minus esse, & iis qui aderant monstravimus, & nostris commissimus monumentis. Quapropter parem fuisse amplitudinem in adulta muliere, minus mirandum est, cujus extitit argumento grandis illa concretaque fœcum massa, puellæ capite haud quaquam minor, quæ ex intercepto extremo intestini itinere suspensa, atque coercita, in eam magnitudinem temporis spatio concreverat; detractoque partu, postridie non sine magno conatu multoque labore depulsa.

LVIII. Aniautem laxitatem, tametsi multam, sensim diducendo aptis feramentis facere Chirurgi solent; ceteræque corporis partes, ut os uteri, ac muliebris uretra; per quam, conante per se ipsa muliere, uncia crassior lapidem ejectum vidimus, multam sæpe in capacitate explicentur; non unam hanc fuisse causam existimo, sed aliam accensendam puto. Non inficias tamen ibo, huic plurimum commoditati contulisse vacuum eam fuisse hæmorrhoidibus, quæ etiam, atque etiam solertem Clar. Litrij manum, ipsiusmet testimonio, impediverunt; verum in rem hanc maxime conduxisse, puto, & assiduus pene, per totos duos prope menses, fluxus, vehementesque diu noctuque mulieris conatus, quibus laxata jugiter pars magis, magisque diduci consueverat.

LIX. Atque his jam videor ea exequutus, quæ principio orationis meæ mihi aperienda proposueram: ubi videlicet partus hic adoleverit; in abdominis scili-

Boas, cui per ben quarantà giornis'era ostinatamente trattenuto il ventre, e per tal cagione appunto mancata di vita, le budella, che sottili sicbiamino, sfoggiatamente dilatate, e di quelle, che crasse, si nomano, il Colon, e il Retto erano tali, di cui non credo che Bue alcuno de' maggiori averne possa. Il che fecimo vedere agli astanti, e lo registrammo nelle nostre memorie. Non è per tanto meraviglia, se anche in una femmina adulta, uguale fosse stata di quello l'ampiezza, di cui ne fu una pruova direi evidente, quella dura mole di fecce grande quanto il capo della bambina, che per la ristrettezza del basso intestino da gran tempo e raccolta, e indurata, uscì poi il giorno dietro, che fu estratto il feto, non senza gravissimi sforzamenti.

LVHI. Abbenche sapiano li Cerusici con il loro magistero, e con adatti stromenti allargar molto il forame; ed alcun altre parti ancora del corpo, come la bocca dell'utero, e l'uretra femminile, per cui vedemmo con i soli sforzi della femmina cacciata fuori una pietra più grossa d'un oncia si possano dilatar sfoggiatamente, non credo però esser stata questa la sola ragione; ma doverne aggiuntar alcun altra. E' fuori d'ogni dubbio, che potè molto contribuire alla facilità e buon successo dell'estrazione il non esservi state morici, le quali diedero molto, che fare al Clariss. Sig. Litre; ma io penso, che sovra ogn' altra cosa il flusso di quasi due mesi, da cui e bagnate, e spremute giorno, e notte quelle parti, abbiano potuto e molificate dall'umore, e dilatate da sforzi farsi poi alla mano più arendevoli.

LIX. E con ciò parmi d'aver posto in qualche lume quelle cose, di cui nel principio del mio ragionamento m'ero proposto di trattarne: e val a dire: dove questa bambina siasi accresciuta; cioè nella cavità dell'addomine; indi dove sia andata; e dissi col capo tra il retto intestino, e la vagina: per dove finalmente uscita; e la vedemmo estratta per una grande apertura del retto inte-

scilicet cavo: Quo eruperit; inter uteri vaginam nempe & rectum intestinum: Quaque excesserit; ex istiusmet intestini maximo foramine per anum, Chirurgi magisterio, solidus felicissime detractus. Num ergo confecta sunt omnia? Num per hæc singula patent, probeque per se cognoscuntur nausæ & vomitus, febres & dolores, vigiliæ & cruciatus, macies & languores, adversa & prospera valetudo, graviditas & abortio, ac denique postrema integra matris incolumitas? Quamquam singulorum fortassis non inepta ratio reddi posset, non tanti tamen mihi met ipse sum, ut me magnifice efferam, quasi aut plane penitusque singula percipiam, aut eorum omnium causam afferre queam. Rem potius universam contrahendo in admirabilitatis testimonium subijciam. Partum scilicet extra uteri sinum non modo explicari, & incrementum, sed in tantam magnitudinem adolescere potuisse, diductisque vehementer suis, atque matris involucris, & aquarum plurima, & sanguinis modica, ut puto, vi in abdominis fines effusa, erupisse, ac per tres circiter supra viginti menses, inter matris viscera cubantem, jam diu mortuum, nec omnem computruisse, neque matri interitum, neque circumscriptis partibus id vitium intulisse, quominus, vel eo præsentem, alter conciperetur, ac pene maturet; sed sub diversis temporibus, modo adversa, modo prospera valetudine, alvoque modo laxa, modo adstricta, terebrato denique paulatim in imo recto intestino prono corruptoque capite, amplo satis ostio, per novum, sed mirum iter, matrem tum pene confecta, superstite tamen, tandemque incolumi, provida artis opera, solidum excedere potuisse.

intestino dalla mano del Cerusico. S' è forse sodisfatto ad ogni cosa? S' è forse con ciò inteso tutto chiaramente, come sono le nausæe e i vomiti, le febbri e i dolori, le veglie e i spasmi, la magrezza e i languori, l'infermitade e la sanitade, la gravidezza e la sconciatura, e finalmente la perfetta di lei salute? Con tutto che io credeffi di poter di ciascheduna cosa dicendo, non scostarmi molto dal verisimile; tanto però di me non presumo, quasi io penetrar potessi il fondo d'ogni cosa, e farla vedere nel suo più chiaro, e vero lume. Piuttosto dunque raccorrò il successo, perche in una sola occhiata si veggia, quant'egli sia ammirabile. Che un feto fuora dell'utero non solamente si spieghi, e cresca, ma che abbia potuto talmente aggrandire, che rotte le membrane che lo coprivano, e squarciati gl'invogli della madre, che lo contenevano, sparso alla rinfusa nell'addomine e l'acque tutte, che lo bagnavano, ed il sangue, che dalla squarciatura usciva, scapato indi ne sia, e che per ventitre mesi tra le viscere della madre, già morto da gran tempo, ne tutto siasi infracidato, ne abbia o alla madre la morte, o alle vicine parti tanto recato di pregiudizio; sicche abbia ella potuto con un cadavere così vicino ed incingerfi di bel nuovo, e quasi condur il parto a perfezione; essendo la madre ora inferma e languente, ora risanata e forte, e il ventre in un tempo ostinato, nell'altro sciolto. Fatto si finalmente col capo una grande apertura nell'intestino per una nuova, e stravagante strada ne' maggiori languori della madre abbia potuto esserne di colà estratto felicemente intero dalla mano del Cerusico, non solo sopravviva la Madre, ma poscia perfettamente risanata.

Nos probabilia quidem multa habemus, quæ sequi facile, affirmare vix possimus. Cicer. Acad. 2.

NOI RIFORMATORI DELLO STUDIO DI PADOVA.

H Avendo veduto per la Fede di Revisione, & approbatione del P. Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro Intitolato *Istoria d'un Feto Estratto &c. & Historia Partus &c.* del Sig. Gio: Domenico Santorini Protomedico &c. non v'esser cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Secretario Nostro; niente contro Principi, & buoni costumi; concedemo Licenza à *Giacomo Tommasini Stampatore*, che possi esser Stampato, osservando gli Ordini in materia di Stampe, & presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, & di Padova.

Dat. 8. Agosto 1727.

- § Carlo Ruzini Kav. Procur. Riform.
- § Alvise Pisani Kav. Procur. Riform.
- § Zan Pietro Pasqualigo Riform.

Agostino Gadaldini Secret.





